

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,
SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS
ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

REGUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI
SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO
SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE

PATRUM, ARSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THIEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ;
ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIUM QUINAM PATRES ET

IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS,

A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECÛSORUM TUM VARIETAS

TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER
SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,

SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,

PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES,

LOCOS, LINGVAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ.

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VICINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTRÔBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XLV.

S. GREGORIUS NYSSENUS.

EXCÛDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUZE.

1858



4723
57-141
14

SÆCULUM V.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. P. N. GREGORII

EPISCOPI NYSSENI

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA.

(Ed. Morell. 1638.)

NUNC DENUO CORRECTIUS ET ACCURATIUS EDITA ET MULTIS AUCTA.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

* TOMUS SECUNDUS.

VENIUNT TRIA VOLUMINA 33 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1858

ELENCHUS

OPERUM QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

S. GREGORIUS, NYSSENUS EPISCOPUS.

Oratio Catechetica magna.	<i>Col.</i>	9
De Pythonissa.		110
Quod non sint tres dii.		115
De Fide.		135
Contra fatum.		145
Adversus Græcos.		175
De Anima.		187
Epistola Canonica.		222
Contra Eunomium libri duodecim.		243
Adversus Apollinarem.		1123
Adversus Arium et Sabellium.		1281
Contra Macedonianos.		1301
Variorum notæ.		1335



Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

PARS II. -- DOGMATICA.

ANDREÆ GALLANDII

MONITUM

IN GREGORII NYSSENI SCRIPTA NONNULLA QUÆ IN DUPLICI EDITIONE OPERUM
S. PATRIS DEERANT (a).

I. Editis jamdudum Gregorii Nysseni Operibus, plurima nunc demum sit accessio: quod quidem superius de S. Gregorio Nazianzeno disserentes præmonuimus. Primum itaque sancti Patris *Antirrheticum librum adversus Apollinarem* proferimus, quem sæculo proxime elapso ex septingentorum circiter annorum codice Vaticano, Romæ in lucem protulit cum aliis ejusdem Nysseni episcopi scriptis v. cl. Laurentius Alexander Zacagnius (1). Præclarum hujusmodi opus vetustis Ecclesiæ scriptoribus memoratum videas, Leontio videlicet Byzantino (2), Joanni Damasceno (3), Euthymio Zigabeno (4), necnon in Actis sextæ synodi act. x (5), ut mittamus Nicephorum (6). Quo vero tempore *Antirrheticum* scripsit Nyssenus, haud est exploratum. Si editorem audias (7), opus istud elucubraverit sanctus Pater ante Apollinaris obitum, quem circa æræ Christianæ annum 380 accidisse putant. Nonnullos præterea dicendi modos pluribus explanat idem vir eruditus, qui non admodum exercitatis in Nysseni scriptis pervolutandis aliquid negotii facessere valeant: ut propterea ipsum hac de re consulere juerit.

II. *Antirrheticum* excipiunt *Testimonia adversus Judæos*, quæ Latine tantum ex Laurentii Sifani versione olim edita fuerant. Ea vero ex duobus Vaticanis codicibus invicem collatis vulgavit idem Zacagnius (8). De hujusce operis integritate nonnulli eo nomine dubitarunt, quod sub ejus finem citetur Chrysostomus qui post Nysseni ætatem clauditur, in illud Joan. xix, 34, *Statim exivit sanguis et aqua*. Verum (9) non est cur amplius hoc opus Nysseno abjudicent, si eo tantum argumento nitan-

tur; cum verba illa Chrysostomi pannum esse huic Nysseni operi assutum, ex Vaticano codice num. 1907 plane constet.

III. Sequuntur Orationes duæ (10), quarum prior est *Homilia II in sanctum Stephanum protomartyrem*, ex ms. Vaticano num. 446 descripta: siquidem *Homilia I* jampridem inter opera Nysseniana prodierat. Orationem vero posteriorem *De Spiritu sancto*, quæ antea ex Francisci Zini versione Latine tantum exstabat, nactus est editor in tribus codicibus Vaticanis, eamque nova interpretatione donavit.

IV. His porro subjiciuntur *Epistolæ XXII*, quarum quindecim priores hausit ex codice Vaticano num. 424 laudatus Zacagnius: septem autem posteriores e vetere libro membranaceo bibliothecæ Medicæ primus in lucem eduxit vulgavitque Florentiæ, anno 1751, v. cl. Joannes Baptista Caraciolus: qui præterea epistolas a Zacagnio editas cum eodem codice Mediceo elegantibus litteris exarato contulit, pluribusque in locis emendavit. Nostra itaque interesse duximus, viri eruditissimi adnotata singulis subjicere epistolis, quas propterea multo emendatiores quam in Zacagnii edito exhibemus.

V. *Sermonem*, seu potius epistolam, *De divinitate, ad Evagrium monachum*, quæ inter Nazianzeni opera circumfertur (11), cum virorum doctorum sententiam, tum mss. codicum veterumque scriptorum auctoritatem secuti, Nysseno vindicamus. Nam utrumque Gregorium, librariorum sive dolo, sive incuria, sæpe fuisse confusos haud est incomperatum. Petavius enim vero vir doctissimus locum re-

(1) Zac., *Collect. mon. vet. Eccl. Gr.* p. 123-287.

(2) Leont. lib. *De sect. act.* 8, *Bibl. PP. Paris.* 1644. tom. XI, pag. 526. Id. lib. 1, *contra Nestor. et Eutych.* tom. I. *Theol. Canis.* pag. 552.

(3) J. Dam. *De duab. vol.* § 35. *Opp. t. I.* p. 548.

(4) Euthym. *Panopl. part. II, tit. 13 et 15, Bibl. PP. Lugd.* tom. XIX, pagg. 156, 187.

(5) *Concil. tom. VII, pag. 822 edit. Ven. Labb.*

(6) Niceph. *Hist. eccl. lib. XI, cap. 19.*

(7) Zacagn. *Præfat. § 19, pag. 19 seqq.*

(8) *Id. l. c., pagg. 288-299.*

(9) *Id. l. c., § 31, pag. 58.*

(10) *Id. l. c., pagg. 350-353.*

(11) *Gr. Naz. Ora. XLV, Opp. t. I, p. 717 seqq.*

citans ex eodem sermone (12) : « Vere quidem A istud, inquit, in Oratione XLV, supposititius Gregorius. Ut enim Gregorii illius Nazianzeni germanam esse non putem, cogit tum styli dissimilitudo, tum pedestris illius ac plebeius sermo, minimeque Nazianzeni elegantiam et granditatem redolens. » Quid quod neque Nicetas eandem Orationem tanquam Nazianzeni fetum agnovisse videtur, qui eam videlicet in suis commentariis præterierit (13)? Quin et Euthymius ex Nyssemi Sermone *Πρὸς Ἐυάγγελιον μοναχὸν περὶ θεότητος*, excerpta duo descripsisse comperitur (14). His demum accedit codicum mss. fides, quos laudant Cotelierius (15) et Fabricius (16).

VI. Sequitur *De anima disputatio, ad Tatianum*. Hanc vero primus edidit Moguntiae anno 1604 inter opera Gregorii Thaumaturgi Gerardus Vossius : eandemque deinceps tanquam adhuc ineditam Parisiis anno 1697 iterum evulgavit Nicolaus Nourryus (17) ex codice bibliothecae Regiae, qui Gregorii tantum sine addito nomen præferebat. Hujusmodi autem opusculum episcopo Neocæsariensi adjudicant eruditi ad unum omnes, si Vossium excipias. Fabricius quidem ejus auctorem Thaumaturgum primo agnoverat (18) : verum mutato deinde consilio, illud Gregorio Nysseno attribuit (19), licet nullo argumento sententiam suam confirmarit. Existimaverim equidem et ipse hanc Disputationem jure optimo Nysseno episcopo vindicandam : ea utique ratione adductus, quod illam sanctus antistes Tatiano inscripserit. Nimirum sanctus Basilius ad Amphilochem scribens, Tatiani cujusdam meminit (20), qui primum presbyter, mox vero episcopus Myrensis concilio CP. interfuit; ejusque communionem expetebat magnus ille Cæsariensis episcopus; propterea quod ipsum ex iis esse sciebat, qui, Valente imperante, rectam fidem omni studio profitebantur, ut probe advertit cl. Lequienius (21). Huic itaque Tatiano disputationem suam *De anima* nuncupaverit Nyssenus, Basilii germanus frater; et fortasse quidem antequam is ecclesiasticæ militiæ nomen dederit, quippe θαυμάσιος Τατιανῶς a Nysseno appellatur. Temporis enim vero notatio, nomenque viri ejusque præstantia, opusculi auctorem fuisse Nyssenum evincere, nedum suadere videntur.

VII. Operum Nyssenianorum supplementum claudit *Expositio Cantici canticorum paraphrastica, collecta ex sanctorum Gregorii Nyssæ pontificis, Maximi et Nili commentariis, cum Pselli στίχοις πολιτικοῖς ἐξηγητικοῖς*, ex codice Vaticano eruta et

cum Francisci Zini versione superiore sæculo in-eunte Parisiis in lucem emissa. De ea videas, in primis Suaresium (22), ut Fabricium omittamus (23).

VIII. Jam vero superest, ut nonnulla de Fragmentis ex operibus sancti Patris deperditis nunc demum collectis observemus.

Primum itaque occurrit supplementum textus Orationis *Adversus fornicarios* ex Vaticano codice num. 445 Græce tantum a Zacagnio editum (24), quod in Appendice operum Nysseni a Gretsero evulgata desideratur. Latinam versionem Galliciolius meus adornavit.

Secundum fragmentum exhibet insignem locum *De Spiritu sancto* : desumptumque est ex Nyssemi Sermone in orationem Dominicam. De eo pluribus agit docte simul et erudite Lequienius (25); qui præcæteris, ad rem nostram hæc habet : « In nullo, inquit, ejusdem doctoris sermone in Dominicam orationem locus iste comparet : imo neque in Sermone qui in editis censetur tertius; in cujus tamen sine de Spiritu sancti deitate et consubstantialitate disputatur. Verum tanquam a Nysseno acceptus citatur ab Hugone Etheriano (26). Quin et ex Euthymio certum fit (27) genuinum eum esse, transsumptumque ex ea sermonis in orationem Dominicam parte, quæ homilia tertia censetur. »

Quartum fragmentum ex Regio codice 3451 in lucem extulit laudatus Lequienius (28), ubi hoc scholion reperit : Τοῦ Νύσσης ἐκ τοῦ εἰς τὸν Ἰωσήφ καὶ τὴν Μαρίαν *Gregorii Nysseni ex oratione in Joseph et Mariam* (29).

De quinto autem jam suo loco verba fecimus : ubi viri docti censuram fragmenti sinceritatem impugnantis minime probandam demonstravimus. Quibus nunc addenda sancti Joannis Damasceni auctoritas, fragmentum idem tanquam Nyssenianum, contra Jacobitas usurpantis.

Nihil porro est, cur diutius immoremur in fragmentis recensendis quæ nobis servavit Euthymius sive ex Nysseni libro inscripto *De cognitione Dei*, sive ex oratione contra Ablabium desumpta, quæque sub n. 7 et 8 præsentamus.

Cæterum si quis in posterum de Nyssenianis operibus junctim edendis consilium inierit : præter ista quæ alibi omissa hic protulimus, haud ipsi prætermittendus erit ejusdem sancti Patris *Dialogus de anima et resurrectione*, quem jamdiu editum, contulit cum duobus probæ notæ codicibus, et in suis *Anecd. Græcis* evulgavit cl. Wolfius (30).

(12) Petav. *Doqm. theol.* t. I, lib. II, cap. 6, § 3.

(13) Gr. Naz. *Opp.* tom. II, pag. 1265.

(14) Euthym. *Panopl.* part. I, tit. 2, p. 17, ed. laud.

(15) Cotel. *Monum. Eccl. Gr.* tom. III, pag. 550.

(16) Fabric. *Bibl.* tom. VIII, pag. 162.

(17) Nourr. *App. ad Bibl. PP.* t. II, p. 736-740.

(18) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. V, pag. 253.

(19) Id. in *Delect. argument.* cap. 2, § 20, p. 87.

(20) Basil. ep. cccxviii, al. cccciii, *Opp.* t. III, p. 331.

(21) Lequien. *Or. Christ.* tom. I, pag. 968.

(22) Suares. *ad Nili opusc.* pag. 637.

(23) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. VIII, pag. 162, n. 76.

(24) Zacagn. *Collect. monum. Eccl. Gr.* pag. 353.

(25) Lequien. *Dissert.* I *Damasc.* § 47, p. xxii.

(26) Hug. Ether. lib. I, cap. 3.

(27) Euthym. *Panopl.* part. II, tit. 12.

(28) Lequien. *ad Opp. Damasc.* t. I, p. 258, n. 2.

(29) J. Damasc. *Opp.* tom. I, pag. 424.

(30) Wolf. *Anecd. Gr.* tom. II, pag. 274-330, et tom. III, pag. 1-47.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ
ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ
ΛΟΓΟΣ ΚΑΤΗΧΗΤΙΚΟΣ
Ο ΜΕΓΑΣ

ΕΝ ΚΕΦΑΛΑΙΟΙΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑ ΔΙΗΡΗΜΕΝΟΣ.

S. P. N. GREGORII
EPISCOPI NYSSENI
ORATIO CATECHETICA MAGNA
DIVISA IN QUADRAGINTA CAPITA.

Gentiano Herveto interprete.

ΠΡΟΛΟΓΟΣ.

Ὁ τῆς κατηχήσεως λόγος, ἀναγκαῖος μὲν ἐστὶ τοῖς προεστηκόσι τοῦ βίου τῆς εὐσεβείας, ὡς ἂν πληθύνοιτο τῇ προσθήκῃ τῶν σωζομένων ἢ Ἐκκλησία, τοῦ κατὰ τὴν διδασχὴν πιστοῦ λόγου τῇ ἀκοῇ τῶν ἀπίστων προσαγομένου· οὐ μὴν ὁ αὐτὸς τῆς διδασκαλίας τρόπος ἐπὶ πάντων ἀρμόσει τῶν προσιόντων πρὸς τὸν λόγον. Ἀλλὰ κατὰ τὰς τῶν θρησκειῶν διαφορὰς μεταρμόζειν προσήκει τὴν κατηχήσιν, πρὸς τὸν αὐτὸν μὲν ὁρῶντας τοῦ λόγου σκοπὸν, οὐχ ὁμοιοτρόπως δὲ ταῖς κατασκευαῖς χρωμένους. Ἄλλαις γὰρ ὑπολήψεσιν ὁ Ἰουδαϊζὸν προεληπτὰ, καὶ τῷ Ἑλληνισμῷ τῶν ἑτέραις· ὁ τε Ἀνόμοιος καὶ ὁ Μανιχαῖος, καὶ οἱ κατὰ Μαρκίωνα, καὶ Οὐαλεντινόν, καὶ Βασιλίδην, καὶ ὁ λοιπὸς κατάλογος τῶν κατὰ τὰς αἵρέσεις πλανωμένων, ἰδίαις ἑκαστος ὑπολήψεσι προελημμένοι, ἀναγκαίαν ποιοῦσι τὴν πρὸς τὰς ἐκείνων ὑπονοίας μάχην. Κατὰ γὰρ τὸ εἶδος τῆς νόσου καὶ τὸν τρόπον τῆς θεραπείας προσαρμοστέον. Οὐ τοῖς αὐτοῖς θεραπεύσεις τοῦ Ἑλλήνος τὴν πολυθεϊαν, καὶ τοῦ Ἰουδαίου τὴν περὶ τὸν μονογενῆ Θεὸν ἀπίστιαν· οὐδὲ ἀπὸ τῶν αὐτῶν τοῖς κατὰ τὰς αἵρέσεις πεπλανημένοι· ἀνατρέψεις τὰς ἠπατημένας περὶ τῶν δογμάτων μυθοποιίας. Οὐ γὰρ δι' ὧν ἂν τις ἐπανορθώσασαίτο τὸν

PATROL. GR. XLV.

A

PRÆFATIO.

Quæ ad catechesin pertinet oratio, est quidem necessaria iis qui præsentem vitam, pietati ac veræ religioni, ut eorum qui salutem assequuntur accessione multiplicetur Ecclesia: quod fiet, si fidelis doctrinæ sermo ad infidelium aures accedat; non idem tamen doctrinæ modus convenit omnibus verbi auditoribus, sed pro religionum diversitate mutanda et accommodanda erit catechesis, orationis quidem eundem sibi proponendo scopum, et ad eum intuendo; sed non eodem modo probando et confirmando. Allis enim opinionibus est anticipatus qui stat a partibus Judæorum, et allis qui favet Græcis, Anomæusque et Manichæus, et Marcionistæ, et Valentiniani, et Basilidiani, et cæteri aberrantes assecleæ sectarum et hæresum, singuli propriam anticipatam habentes opinionem, efficiunt ut sit necessario decertandum adversus ea quæ opinantur. Nam convenienter generi morbi medicina est adhibenda. Non eodem modo medeberis et Græco, qui multos esse deos opinatur, et Judæo, qui non credit Deo ðnigenito. Neque in iis qui decepti sunt per hæreses, iisdem refelles ac evertes falsas et conflictas de dogmatibus fabulas. Non

1

eoim per quæ corrigetur Sabellius, per eadem etiam proderis Anomæo. Neque quæ adversus Manichæum suscipitur decertatio prodest etiam Judæo, sed oportet, sicut dictum est, verba facere, intuendo ad hominum opiniones, convenienter errori singulorum, proferendo in qualibet disputatione quædam principia et propositiones rationi consentaneas, ut per ea quæ ambo fatentur, et de quibus constat, consequenter aperiatur quid cogitent et sentiant. Quando ergo erit disputandum cum aliquo ex iis qui Græcis favent, recte erit si dicendi hoc sumatur initium: utrum Deum esse existimat, an est in opinione eorum qui dicuntur athei, quod Deum non esse censeant. Atque si Deum quidem non esse dicat: ex iis quæ artificiosè et sapienter in mundo administrantur, inducitur ut per ea fateatur esse quamdam vim, quæ in iis ostenditur superior universitate. Sin autem Deum quidem non esse dubitet, sed eo delabitur, ut deorum putet esse multitudinem, hac adversus eum utemur consequentia, Deumne perfectum esse putet, an cui desit aliquid. Quod si, ut est consentaneum, Dei naturæ perfectionem suo tribuat testimonio, exigam ut ipse sit perfectus in omnibus quæ considerantur in divinitate, ne Deus consideretur commistus ex iis quæ sunt contraria, nempe ex eo quod est mancum, et ex eo quod est perfectum. Sed sive in potestate, sive in boni notionè, sive in sapientia, et æternitate, et incorruptione, et si aliqua alia quæ Deum decet intelligentia veniat in contemplationem, omnino assentietur in divina natura considerari perfectionem ex hac consequentia rationi consentanea. Hoc autem nobis dato, non erit amplius difficile cogitationem dispersam ac dissipatam in deorum multitudinem deducere ad divinitatis unius confessionem. Si enim omnino dederit se perfectionem fateri in subjecto: dicat autem multa esse perfecta, quæ per eadem exprimentur, suumque accipiunt characterem ac formam: necesse est omnino ut iis quæ nulla discernuntur mutatione ac diversitate, sed in iisdem considerantur, aut proprium ostendere; aut si nihil propriè ac peculiariter mentis comprehendat conceptio: in iis in quibus non est quod discernat, non existimare esse discretionem. Si enim neque in eo quod est plus aut minus inveniat differentiam, quoniam diminutionem non admittit ratio perfectionis, neque in eo quod est deterius ac præstantius. Neque divinitatem de eo poteris suspicari, a quo deterioris remota non est appellatio. Neque in eo quod est antiquum et recens. Nam quod non semper est, divinum non potest existimari. Sed si una est et eadem ratio divinitatis; cum nulla in ullo inveniatur proprietas, ut est consentaneum; necesse est omnino ut aberrans et falsa de multitudine deorum phantasia compellatur ad confitendam unam divinitatem. Nam si bonitas et justitia, sapientiaque et potentia similiter, et omnisque mens pia eodem modo confitetur:

A Σαβέλλιον, διὰ τῶν αὐτῶν ὠφελήσει καὶ τὴν Ἀν-
όμοιον. Οὐδὲ ἡ πρὸς τὸν Μανιχαῖον μάχη καὶ τὸν
Ἰουδαῖον ὀνήνησιν, ἀλλὰ χρῆ, καθὼς εἴρηται, πρὸς
τὰς ὑπολήψεις τῶν ἀνθρώπων βλέπειν, καὶ κατὰ τὴν
ἐγκειμένην ἐκάστῳ πλάνην ποιῆσθαι τὸν λόγον,
ἀρχὰς τινὰς καὶ προτάσεις εὐλόγους ἐφ' ἐκάστης δια-
λέξεως προβαλλόμενον, ὡς ἂν διὰ τῶν παρ' ἀμφοτέ-
ροις ὁμολογουμένων ἐκκαλυφθεῖη κατὰ τὸ ἀκόλουθον
ἡ διάνοια. Οὐκοῦν ὅταν πρὸς τινὰ τῶν Ἑλληνιζόντων
ἡ διάλεξις ἦ, καλῶς ἂν ἔχοι ταύτην ποιῆσθαι τοῦ λό-
γου τὴν ἀρχήν, πότερον εἶναι τὸ Θεῖον ὑπελιηφε, ἢ
τῷ τῶν ἀθέων συμφέρεται δόγματι. Εἰ μὲν οὖν μὴ
εἶναι λέγει, ἐκ τῶν τεχνικῶς καὶ σοφῶς κατὰ τὸν
κόσμον οἰκονομουμένων προσαχθήσεται, πρὸς τὸ διὰ
τούτων εἶναι τινὰ δύναμιν τὴν ἐν τούτοις διαδεικνυ-
B μένην τοῦ παντὸς ὑπερκειμένην ὁμολογήσαι. Εἰ δὲ τὸ
μὲν εἶναι μὴ ἀμφιβάλλοι, εἰς πλῆθος δὲ θεοτήτων
ταῖς ὑπονοίαις ἐκφέροιο, τοιαύτη χρῆσόμεθα πρὸς
αὐτὸν τῇ ἀκολουθίᾳ, πότερον τέλειον ἢ ἔλλειπὲς
ἡγεῖται τὸ Θεῖον. Τοῦ δὲ κατὰ τὸ εἰκὸς τὴν τελειότητα
προσμαρτυροῦντος τῇ θεῖᾳ φύσει, τὸ διὰ πάντων αὐ-
τῶν τῶν ἐνθεωρουμένων τῇ θεότητι τέλειον ἀπαιτήσο-
μαι, ὡς ἂν μὴ σύμμικτον ἐκ τῶν ἐναντίων θεωροῖτο
τὸ Θεῖον, ἐξ ἔλλειπῶς καὶ τελείου. Ἄλλ' εἴτε κατὰ τὴν
δύναμιν, εἴτε κατὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἔννοιαν, εἴτε κατὰ
τὸ σοφὸν τε καὶ ἀφθαρτὸν καὶ αἰδῖον, καὶ εἴ τι ἄλλο
θεοπρεπὲς νόημα τῇ θεωρίᾳ προσκειμένον τύχοι, ἐν
παντὶ τὴν τελειότητα θεωρεῖσθαι περὶ τὴν θεῖαν
φύσιν κατὰ τὸ εὐλογον τῆς ἀκολουθίας ταύτης συγκα-
C ταθῆσεται. Τοῦτου δὲ δοθέντος ἡμῖν, οὐκέτι ἂν εἴη
χαλεπὸν τὸ ἐσκεδασμένον τῆς διανοίας εἰς πλῆθος
θεῶν πρὸς μίαν θεότητα περιαγαγεῖν ὁμολογίαν. Εἰ
γὰρ τὸ τέλειον ἐν παντὶ δοίη περὶ τὸ ὑποκείμενον
ὁμολογεῖσθαι, πολλὰ δὲ εἶναι τὰ τέλεια διὰ τῶν αὐ-
τῶν χαρακτηρισζόμενα λέγοι· ἀνάγκη πᾶσα ἐπὶ τῶν
μηδεμιᾶ παραλλαγῇ διακρινόμενων, ἀλλ' ἐν τοῖς αὐ-
τοῖς θεωρουμένων, ἢ ἐπιδείξει τὸ ἴδιον, ἢ εἰ μηδὲν
ἰδιαζόντως καταλάβοι ἡ ἔννοια, ἐφ' ᾧ τὸ διακρίνον
οὐκ ἔστι μὴ ὑπονοεῖν τὴν διάκρισιν. Εἰ γὰρ μήτε
παρὰ τὸ πλεόν καὶ ἔλαττον τὴν διαφορὰν ἐξευρίσχοι,
διότι τὴν ἐλάττωσιν ὁ τῆς τελειότητος οὐ παραδέχε-
ται λόγος· μήτε τὴν παρὰ τὸ χεῖρον καὶ προτιμότε-
ρον· οὐ γὰρ ἂν ἔτι θεότητός τις σχοίη ὑπόληψιν, οὐ
ἢ τοῦ χεῖρονος οὐκ ἄπεισι προσηγορία· μήτε κατὰ
D τὸ ἀρχαῖον καὶ πρόσφατον· τὸ γὰρ μὴ αἰετὸν, ἐξω τῆς
περὶ τὸ Θεῖον ἔστιν ὑπολήψεως· ἀλλ' εἰς καὶ ὁ αὐ-
τὸς τῆς θεότητος λόγος, οὐδεμιὰς ἰδιότητος ἐν οὐδενὶ
κατὰ τὸ εὐλογον εὐρισκομένης· ἀνάγκη πᾶσα πρὸς
μῆς θεότητος ὁμολογίαν συνθλιθῆναι τὴν πεπλανη-
μένην περὶ τοῦ πλῆθους τῶν θεῶν φαντασίαν. Εἰ
γὰρ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ δίκαιον, τὸ τε σοφὸν καὶ τὸ δυ-
νατὸν ὡσαύτως λέγοιτο, ἢ τε ἀφθαρσία καὶ αἰδιότης,
καὶ πᾶσα εὐσεβὴς διάνοια, κατὰ τὸν αὐτὸν ὁμολο-
γοῖτο τρόπον· πάσης κατὰ πάντα λόγον διαφορᾶς
ὑφαιρουμένης, συναφαιρεῖται κατ' ἀνάγκην τὸ τῶν
θεῶν πλῆθος ἀπὸ τοῦ δόγματος, τῆς διὰ πάντων ταυ-
τότητος, εἰς τὸ ἐν τῷ δόγμα τὴν πίστιν περιαιούσης.
et eodem modo dicitur, incorruptioque et æternitas,
omni qualibet ratione sublata differentia, simul

necessario tollitur a dogmate deorum multitudo, cum quæ est per omnia, ut ita dicam, identitas fidem ad unum dogma deducat.

ΚΕΦΑΛΑ. Α'.

CAPUT I.

Ἄλλ' ἐπειδὴ καὶ ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος οἰδέ τινα διακρίσειν ὑποστάσεων ἐν τῇ ἐνότητι τῆς φύσεως βλέπειν, ὡς ἂν μὴ τῇ πρὸς τοὺς Ἕλληνας μάχη, πρὸς τὸν Ἰουδαϊσμόν ἡμῖν ὁ λόγος ὑπενεχθεῖη, πάλιν προσήκει διαστολῇ τινι τεχνικῇ, καὶ τὴν περὶ τοῦτο πλάνην ἐπανορθώσασθαι. Οὐδὲ γὰρ τοῖς ἔξω τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος ἄλογον εἶναι τὸ θεῖον ὑπελιθπται· τοῦτο δὲ παρ' ἐκείνων ὁμολογοῦμενον ἱκανῶς διαρθρωσεῖ τὸν ἡμέτερον λόγον. Ὁ γὰρ ὁμολογῶν μὴ ἄλογον εἶναι τὸν Θεόν, πάντως λόγον ἔχειν τὸν μὴ ἄλογον συγκαταθήσεται. Ἄλλὰ μὴν ἀνθρώπινος ὁμωύμως λέγεται λόγος. Οὐκοῦν εἰ λέγοι καθ' ὁμοίότητα τῶν παρ' ἡμῖν καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ ὑπονοεῖν, οὕτω μετασθῆσεται πρὸς τὴν ὑψηλοτέραν ὑπόληψιν. Ἀνάγκη γὰρ πᾶσα κατάλληλον εἶναι· πιστεύειν τῇ φύσει τὸν λόγον, ὡς καὶ τὰ ἄλλα πάντα. Καὶ γὰρ δύναμις τις καὶ ζωὴ, καὶ σοφία, περὶ τὸ ἀνθρώπινον βλέπεται· ἀλλὰ οὐκ ἂν τις ἐκ τῆς ὁμωνυμίας τοιαύτην καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ζωὴν, ἢ τὴν δύναμιν, ἢ τὴν σοφίαν ὑπονόησειεν, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας μέτρον, συνταπεινοῦνται αἱ τῶν τοιούτων ὀνομάτων ἐμφάσεις. Ἐπειδὴ γὰρ φθαρτὴ καὶ ἀσθενὴς ἡμῶν ἡ φύσις, διὰ τοῦτο ὠκύμορος ἡ ζωὴ, ἀνυπόστατος ἡ δύναμις, ἀπαγῆς ὁ λόγος. Ἐπὶ δὲ τῆς ὑπερκειμένης φύσεως τῷ μεγαλείῳ τοῦ θεωρουμένου πᾶν τὸ περὶ αὐτὴν λεγόμενον συνεπαίρεται. Οὐκοῦν κἂν λόγος Θεοῦ λέγεται, οὐκ ἐν τῇ ὀρμῇ τοῦ φθεγγομένου καὶ τὴν ὑπόστασιν ἔχειν νομισθήσεται, καθ' ὁμολογίαν τοῦ ἡμετέρου μεταχωρῶν εἰς ἀνυπαρκτον. Ἄλλ' ὡσπερ ἡ ἡμετέρα φύσις ἐπίκηρος οὖσα, καὶ ἐπίκηρον τὸν λόγον ἔχει· οὕτως ἡ ἀφθαρτος καὶ ἀεὶ ἐστῶσα φύσις, αἰδίον ἔχει καὶ ὑφ' ἐστῶτα τὸν λόγον. Εἰ δὴ τοῦτο κατὰ τὸ ἀκόλουθον ὁμολογηθεῖ τὸ ὑφ' ἐστῶτα τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον αἰδίως, ἀνάγκη πᾶσα ἐν ζωῇ τοῦ Λόγου τὴν ὑπόστασιν εἶναι ὁμολογεῖν. Οὐ γὰρ καθ' ὁμοίότητα τῶν λίθων ἀψύχως ὑφ' ἐστῶτα τὸν λόγον, εὐαγές ἐστιν οἰεσθαι. Ἄλλ' εἰ ὑφ' ἐστῶτα νοερόν τι χρῆμα καὶ ἀσώματον ὄν, ζῆ πάντως. Εἰ δὲ τοῦ ζῆν χωρίζεται, οὐδὲ ἐν ὑπόστασει πάντως ἐστίν. Ἄλλὰ μὴν ἀσεβὲς ἀπεδείχθη τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἀνυπόστατον εἶναι. Οὐκοῦν συναπεδείχθη κατὰ τὸ ἀκόλουθον τὸ ἐν τῇ ζωῇ τοῦτον θεωρεῖσθαι τὸν λόγον. Ἀπλῆς δὲ τῆς τοῦ Λόγου φύσεως κατὰ τὸ εἰκὸς εἶναι πεπιστευμένης, καὶ οὐδεμίαν διπλόην καὶ σύνθεσιν ἐν ἑαυτῇ δεικνυούσης, οὐκέτι ἂν τις κατὰ μετουσίαν ζωῆς ἐν ζωῇ θεωροῖ τὸν λόγον. Οὐ γὰρ ἂν ἐκτὸς εἴη συνθέσεως ἢ τοιαύτη ὑπόληψις, τὸ ἕτερον ἐν ἑτέρῳ λέγειν εἶναι· ἀλλὰ ἀνάγκη πᾶσα τῆς ἀπλότητος ὁμολογουμένης, αὐτοζωὴν εἶναι τὸν λόγον οἰεσθαι, οὐ ζωῆς μετουσίαν. Εἰ οὖν ζῆ ὁ λόγος, ὁ ζωὴ ὢν, καὶ προαιρετικὴν δύναμιν ἔχει πάντως. Οὐδὲν γὰρ ἀπροαίρετον τῶν ζῶντων ἐστίν. Τὴν δὲ προαίρεσιν ταύτην καὶ δυνατὴν εἶναι κατὰ τὸ ἀκόλουθον, εὐσεβὲς ἐστὶ λογίζεσθαι. Εἰ γὰρ μὴ τις τὸ δυνατόν ὁμολογοῖ, τὸ ἀδύνατον πάντως κατασκευάσει. Ἄλλὰ μὴ πᾶρῶ τῆς περὶ τὸ θεῖον ὑπολήψεως ἐστὶ τὸ

A

B

C

D

Sed quoniam pietatis ratio scit etiam aliquam hypostaseon, seu subsistentiarum ac personarum cernere differentiam in unitate naturæ, ne dum adversus Græcos depugnamus, ad Judaismum nostra deducatur oratio, rursus convenit artificiosa aliqua distinctione ejus rei errorem corrigere. Neque enim ii qui a nostro dogmate sunt alieni, Deum existimarunt carere ratione: hoc autem quod illi fatentur verbum nostrum satis explicabit et ostendet. Nam qui fatetur Deum non carere ratione, omnino assentietur, eum qui non caret ratione, habere rationem. Atqui humana quoque ratio, æquivoce dicitur. Si ergo dicat se rationem et Verbum intelligere, ad similitudinem eorum quæ sunt in nobis, sic ad sublimiorem deducetur opinionem. Omnino enim necesse est ut credat rationem esse naturæ congruentem, ut et alia omnia. Nam et vis quædam et vita, et sapientia cernitur in hominibus, sed ex homonymia nemo existimaverit talem in Deo esse vitam, aut vim, aut sapientiam, sed pro modo nostræ naturæ una etiam deprimitur emphasis hujusmodi nominum. Quoniam enim interitui obnoxia et imbecilla est nostra natura, propterea brevis est vita, visque quæ non potest consistere, et sermo non stabilis. In suprema autem natura, cum magnitudine ejus quod consideratur, quidquid de ea dicitur, simul extollitur. Etsi ergo dicitur Dei Verbum, ratio, aut sermo, is non in impetu ejus quod dicitur consistere existimabitur, ad nostri similitudinem, ad hoc transiens ut non sit. Sed quomodo nostra natura, cum in eam cadat interitus, sermonem quoque habet qui interit: ita natura in quam non cadit interitus, et quæ semper stat, æternum etiam habet sermonem, et qui consistit. Quod si hoc ex consequenti constituerit Dei Verbum sempiternum consistere, necesse est omnino fateri in vita Verbi esse hypostasim ac substantiam. Nefas est enim putare Verbum citra animam consistere instar lapidum. Sed si consistit, ut quod sit res quædam intelligens et incorporea, vivit omnino. Sin autem est a vita separatum, ne omnino quidem consistit. Atqui impium esse ostensum est, Dei Verbum minime consistere. Simul ergo ostensum est ex consequente, hoc Verbum in vita considerari. Cum autem Verbi creditum sit simplicem esse naturam, et quæ in se nullam ostendat duplicitatem et compositionem, non utique Verbum esse in vita quis consideraverit ex vitæ participatione. Non enim extra compositionem fuerit hujusmodi existimatio, dicere alterum esse in altero: sed omnino necesse est, cum constet de simplicitate, ipsam per se vitam Verbum esse putare, non autem vitæ participationem. Si ergo vivit Verbum cum sit vita, omnino quoque habet vim libere eligendi. Nihil enim est ex iis quæ vivunt,

quod non sit hac vi præditum. Hanc autem liberam electionem esse etiam potentem ex consequenti-
pium est considerare. Nisi enim fatearis potentiam, astrues omnino impotentiam. Atqui impotentia est valde remota ab ea quæ de Deo habetur existimatione. Nihil enim absurdi, et quod non cohæreat, consideratur ex iis quæ sunt in divina natura: neesse est omnino fateri tantam esse vim Verbi, quantum est etiam propositum, ne quædam mistio et concursus quidam contrariorum consideretur in eo quod est simplex, dum potentia et impotentia considerantur in eodem proposito, si quidem aliquid quidem possit, ad aliquid vero sit impotens. Cum omnia autem possit Verbi electio, eam ad nihil mali habere propensionem, ad vitium enim propensio est aliena a divina natura, sed quidquid est bonum hoc etiam velle. Volentem autem omnino etiam posse. Potentem autem non esse ejusmodi, ut non operetur, sed omne boni propositum deducit ad operationem. Bonum autem est mundus, et quæ in eo sunt omnia sapienter et artificiose considerata. Sunt enim omnia opera Verbi viventis quidem et consistentis, quia est Verbum Dei, libere autem eligentis, quia vivit, potentis autem quidquid elegerit, quod bonum est autem et sapiens omnino eligentis, et si quid præstantioris est significationis. Quoniam ergo aliquid bonum constat esse mundum, ostensum est autem per ea quæ dicta sunt mundum esse opus Verbi, quod bonum, et eligit, et potest, hoc autem Verbum est aliud ab eo cuius est Verbum. Nam hoc quoque est aliquo modo ex iis quæ dicuntur relata ad aliquid, quandoquidem oportet omnino cum Verbo etiam Verbi Patrem subaudiri. Non esset enim Verbum, si non esset Verbum alicujus. Si ergo per significationis habitudinem et relationem discernit auditorum cogitatio et ipsum Verbum, et id ex quo existit, nihil est nobis utique periculi, ne Verbi mysterium, cum Græcorum pugnans opinionibus, conveniat cum iis qui favent partibus Judæorum, sed ex æquo offugiet utrorumque absurditatem, ut qui et vivens Verbum Dei fateatur, operansque et efficiens, quod non admittit Judæus: et non differre secundum naturam ipsum Verbum, et id ex quo existit. Quomodo enim in nobis verbum seu rationem ex mente esse dicimus; neque omnino ipsum idem esse quod mentem, nec omnino alterum; nam ex illo quidem esse, est aliquid aliud, et non illud; quod autem ipsam mentem in apertum proferat, non utique existimari possit esse aliud ab illo, sed cum sit unum natura, subjecto est aliud: ita etiam Dei Verbum, eo quidem quod per se consistit, distinctum est ac divisum ab illo in seipso illa ostendit quæ cernuntur in Deo, idem est secundum naturam quod ille qui invenitur per eadem signa et indicia quibus cognoscitur. Sive enim bonitas, sive potentia, sive sapientia, sive esse sempiternum, sive in eum non cadere vitium, mortem et interitum, sive esse omnino perfectum, sive quid aliud ejusmodi sit signum quo comprehenditur Pater, per eadem signa invenies Verbum quoque quod ex illo consistit.

Α ἀδύνατον. Οὐδὲν γὰρ ἀπεμφαίνον τῶν περὶ τὴν θείαν θεωρεῖται φύσιν· ἀνάγκη πᾶσα τοσαύτην εἶναι ὁμολογεῖν τοῦ Λόγου τὴν δύναμιν, ὅση ἐστὶ καὶ ἡ προθεσις, ἵνα μὴ τις μίξις τῶν ἐναντιῶν καὶ συνδρομὴ περὶ τὸ ἀπλοῦν θεωροῖτο, ἀδυναμίας τε καὶ δυνάμεως ἐν τῇ αὐτῇ προθέσει θεωρουμένων, εἴπερ τὸ μὲν τοι δύναται, πρὸς δὲ τι ἀδυνάτως. Πάντα δὲ δυναμένην τὴν τοῦ Λόγου προαίρεσιν πρὸς οὐδὲν τῶν κακῶν τὴν ῥοπήν ἔχειν· ἀλλοτρία γὰρ τῆς θείας φύσεως ἢ πρὸς κακίαν ὀρμὴ· ἀλλὰ πᾶν ὃ τί πέρ ἐστὶν ἀγαθόν, τοῦτο καὶ βούλεσθαι. Βουλομένην δὲ πάντως καὶ δύνασθαι. Δυναμένην δὲ μὴ ἀνερέγγητον εἶναι, ἀλλὰ πᾶσαν ἀγαθοῦ προαίρεσιν εἰς ἐνέργειαν ἄγει [v]. Ἀγαθὸν δὲ ὁ κόσμος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα σοφῶς τε καὶ τεχνικῶς θεωρούμενα. Ἔρα τοῦ Λόγου ἔργα τὰ πάντα τοῦ ζῶντος μὲν καὶ ὑφ' ἐστῶτος, ὅτι Θεοῦ Λόγος ἐστὶ, προαιρουμένου δὲ ὅτι ζῆ· δυναμένου δὲ πάντα ὃ τί περ ἂν ἔληται, αἰρουμένου δὲ τὸ ἀγαθόν τε καὶ σοφὸν πάντως, καὶ εἴ τι τῆς κρείττονος σημασίας ἐστίν. Ἐπειὶ οὖν ἀγαθὸν τι ὁ κόσμος ὁμολογεῖται, ἀπεδείχθη δὲ διὰ τῶν εἰρημένων τοῦ Λόγου ἔργων τὸν κόσμον εἶναι, τοῦ τῷ ἀγαθῷ καὶ αἰρουμένου, καὶ δυναμένου· ὁ δὲ Λόγος οὗτος ἕτερός ἐστι παρὰ τὸν οὐ ἐστὶ Λόγος. Τρόπον γὰρ τινα τῶν πρὸς τι λεγομένων καὶ τοῦτο ἐστίν. Ἐπειδὴ χρὴ πάντως τῷ Λόγῳ καὶ τὸν Πατέρα τοῦ Λόγου συνυπακούεσθαι. Οὐ γὰρ ἂν εἴη Λόγος, μὴ τινος ὦν Λόγος. Εἰ οὖν διακρίνη τῶν σχετικῶν τῆς σημασίας ἢ τῶν ἀκούοντων διάνοια, αὐτόν τε τὸν Λόγον, καὶ τὸν θεν ἐστίν, οὐκέτ' ἂν ἡμῖν κινδυνεύει τὸ μυστηριον ταῖς Ἑλληνικαῖς μαχόμενον ὑπολήψει τοῖς τε Ἰουδαίωι προσεβέουσι συνενεχθῆναι· ἀλλ' ἐπίσης ἐκατέρων τὴν ἀτοπίαν ἐκφράζεται, τὸ τε ζῶντα τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ ἐνεργὸν καὶ ποιητικὸν ὁμολογῶν· ὅπερ ὁ Ἰουδαῖος οὐ δέχεται· καὶ τὸ μὴ διαφθεῖρειν· κατὰ τὴν φύσιν αὐτὸν τε τὸν Λόγον, καὶ τὸν θεν ἐστίν. Ὡς περ γὰρ ἐκ τοῦ νοῦ ἐφ' ἡμῶν φάμεν εἶναι τὸν λόγον, οὕτε δι' ὅλου τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ νῷ, οὔτε παντάσῃν ἕτερον· τὸ μὲν γὰρ ἐξ ἐκείνου εἶναι, ἄλλο τι καὶ οὐκ ἐκεῖνο ἐστίν· τὸ αὐτὸν τὸν νοῦν εἰς τὸ ἐμφανὲς ἄγειν, οὐκέτ' ἂν ἕτερον παρ' ἐκεῖνο ὑπονοοῖτο, ἀλλὰ κατὰ τὴν φύσιν ἐν ὄν, ἕτερον τῷ ὑποκειμένῳ ἐστίν· οὕτως καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τῷ μὲν ὑφ' ἐστάναι καθ' ἑαυτὸν διήρηται πρὸς ἐκεῖνον παρ' οὗ τὴν ὑπόστασιν ἔχει· τῷ δὲ ταῦτα δεικνύειν ἐν ἑαυτῷ, ἃ περὶ τὸν θεν καθορᾶται, ὁ αὐτός ἐστι κατὰ τὴν φύσιν ἐκεῖνῳ τῷ διὰ τῶν αὐτῶν γνωρισμάτων εὐρισκομένῳ. Εἴτε γὰρ ἀγαθότης, εἴτε δύναμις, εἴτε σοφία, εἴτε τὸ αἰδίως εἶναι, εἴτε τὸ κακίας καὶ θανάτου καὶ φθορᾶς ἀνεπίδεκτον, εἴτε τὸ ἐν παντὶ τέλειον, εἴτε τι τοιοῦτον ὄλωσ σημεῖον ποιοῖτο τῆς τοῦ Πατρὸς καταλήψεως, διὰ τῶν αὐτῶν εὐρήσεις σημεῖων καὶ τὸν ἐξ ἐκείνου ὑφ' ἐστῶτα Λόγον.

ex quo habet quod consistit; eo autem quod in

ΚΕΦΑΛ. Β΄.

A

CAPUT II.

Ὅσπερ δὲ τὸν Λόγον ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀναλογικῶς ἐπὶ τῆς ὑπερκειμένης ἔργωμεν φύσεως, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ τῇ περὶ τοῦ Πνεύματος ἐνοίᾳ προσαχθῆσόμεθα, σκιάς τινος καὶ μιμήματα τῆς ἀφράστου δυνάμεως ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς θεωροῦντες φύσει. Ἄλλ' ἐφ' ἡμῶν μὲν τὸ πνεῦμα, ἢ τοῦ ἀέρος ἐστὶν ὄλη, ἀλλοτρίου πράγματος, πρὸς τὴν τοῦ σώματος σύστασιν ἀναγκαίως εἰσελκομένου τε καὶ προχομένου, ὅπερ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐκφωνήσεως τοῦ λόγου, φωνὴ γίνεται, τὴν τοῦ λόγου δύναμιν ἐν ἑαυτῇ φανεροῦσα. Ἐπὶ δὲ τῆς θείας φύσεως τὸ μὲν εἶναι Πνεῦμα Θεοῦ, εὐσεβὲς ἐνομίσθη, καθὼς ἐδόθη καὶ Λόγος εἶναι Θεοῦ, διὰ τὸ μὴ δεῖν ἑλλειπέστερον τοῦ ἡμετέρου λόγου τὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι Λόγον· ἔπειρ τοῦτου μετὰ τοῦ πνεύματος θεωρουμένου, ἐκεῖνος διχα νεύματος εἶναι πιστεύοιτο. Οὐ μὴν ἀλλότριον καθ' ὁμοίότητα τοῦ ἡμετέρου πνεύματος ἐξωθεν ἐπειρεῖν τῷ Θεῷ, καὶ ἐν αὐτῷ γίνεσθαι τὸ Πνεῦμα, θεοπρεπὲς ἐστὶν οἴεσθαι. Ἄλλ' ὡς Θεοῦ Λόγον ἀκούσαντες, οὐκ ἀνοπίστατόν τι πρῶγμα τὸν Λόγον ψήθημεν, οὐδὲ ἐκ μαθήσεως ἐγγιγνώμενον, οὐδὲ διὰ φωνῆς προφερόμενον, οὐδὲ μετὰ τὸ προενεχθῆναι διαλυόμενον, οὐδὲ ἄλλο τι πάσχοντα τοιοῦτον, οἷα περὶ τὸν ἡμέτερον λόγον θεωρεῖται πάθη, ἀλλ' οὐσιωδῶς ὑφ' ἑστώτα, προαιρετικόν τε καὶ ἐνεργὸν καὶ παντοδύναμον· οὕτω καὶ Πνεῦμα μεμαθηκότες Θεοῦ, τὸ συμπαραμαρτοῦν τῷ Λόγῳ, καὶ φανεροῦν αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν, οὐ πνοὴν ἄσθματος ἐννοοῦμεν. Ἡ γὰρ ἂν καθαιροῖτο πρὸς ταπεινότητα τὸ μεγαλεῖον τῆς θείας δυνάμεως, εἰ καθ' ὁμοίότητα τοῦ ἡμετέρου, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ Πνεῦμα ὑπονοοῖτο· ἀλλὰ δύναμιν οὐσιώδη αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς ἐν ἰδιαζούσῃ ὑποστάσει θεωρουμένην, οὕτε χωρισθῆναι τοῦ Θεοῦ ἐν ᾧ ἐστὶν, ἢ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ ᾧ παραμαρτεῖ δυναμένην, οὕτε πρὸς τὸ ἀνυπαρκτον ἀναγεομένην, ἀλλὰ καθ' ὁμοίότητα τοῦ Θεοῦ Λόγου καθ' ὑπόστασιν οὖσαν προαιρετικὴν, αὐτοκίνητον, ἐνεργὸν, πάντοτε τὸ ἀγαθὸν αἰρουμένην, καὶ πρὸς πᾶσαν πρόθεσιν σύνδρομον ἔχουσα [ν] τῇ βουλῇ τὴν δύναμιν.

ΚΕΦΑΛ. Γ΄.

Ὅστε τὸν ἀκριδῶς τὰ βάθη τοῦ μυστηρίου διασκοπούμενον, ἐν μὲν τῇ ψυχῇ κατὰ τὸ ἀπόρρητον μετρίαν τινὰ κατανόησιν τῆς κατὰ τὴν θεογνωσίαν διδασκαλίας λαβεῖν, μὴ μένοι δύνασθαι λόγῳ διασαφῆσαι τὴν ἀνέφραστον ταύτην τοῦ μυστηρίου βαθύτητα· πῶς τὸ αὐτὸ καὶ ἀριθμητὸν ἐστὶ, καὶ διαφεύγει τὴν ἐξαριθμησιν, καὶ διηρημένως ὄραται, καὶ ἐν μονάδι καταλαμβάνεται, καὶ διακέκριται τῇ ὑποστάσει, καὶ οὐ μεμέρισται τῷ ὑποκειμένῳ, καὶ ἄλλο πάλιν ἐκεῖνο, οὗ καὶ ὁ Λόγος ἐστὶ καὶ τὸ Πνεῦμα. Ἄλλ' ἐπειδὴν τὸ διακεκριμένον ἐν τούτοις κατανοήσης, πάλιν ἢ τῆς φύσεως ἐνώτης τὸν διαμερισμὸν οὐ προσέεται· ὥστε μήτε τὸ τῆς μοναρχίας σχιζέσθαι κράτος εἰς θεότητας διαφόρους κατατεμνόμενον, μήτε τῷ Ἰουδαϊκῷ δόγματι συμβαίνειν τὸν λόγον, ἀλλὰ διὰ μέσον τῶν δύο ὑπολήψεων χωρεῖν τὴν ἀλήθειαν, ἐκατέραν τε τῶν αἰρέσεων καθαιρούσαν, καὶ ἀφ' ἐκατέρας παραδεχομένην τὸ χρήσιμον. Τοῦ μὲν γὰρ Ἰουδαίου καθαιροῦ-

Quomodo autem ex iis quæ sunt in nobis, analogice Verbum cognovimus in suprema natura, eodem modo etiam adducemur ad notionem Spiritus, ineffabilis potentiae umbras quasdam et simulacra in nostra contemplantes natura. Sed in nobis quidem spiritus est aeris attractio, rei alienæ, quæ necessario attrahitur et profunditur ad constitutionem corporis, quæ quidem, dum verbum emittitur, fit vox, in seipsa declarans vim verbi. In divina autem natura, esse quidem Dei Spiritum, pium est existimatum, quomodo datum est esse etiam Dei Verbum, propterea quod non oporteat Dei Verbum deterius esse, et magis deficere quam nostrum verbum, siquidem cum hoc consideretur cum spiritu, credatur illud esse sine Spiritu. Neque tamen ad nostri spiritus similitudinem extrinsecus ad Deum affluere, et in eo fieri Spiritum, id Deo convenire existimandum. Sed quomodo cum Dei Verbum audivissemus, non rem esse aliquam quæ non consistat, Verbum putavimus; neque quod insit ex disciplina, neque quod voce proferatur, neque quod cum fuerit prolatum dissolvatur, neque aliquo alio modo ita afflci, quo cernitur affici noster sermo, sed consistere, ut ita dicam, essentialiter, vimque habere eligendi, esseque operans et omnipotens: ita etiam cum Dei Spiritum didicerimus, qui Verbum consequitur, et ejus declarat operationem, non intelligimus flatum anhelitus; deprimeretur enim et ad nimiam demitteretur humilitatem magnitudo divinæ potentiae, si qui in eo est Spiritus, existimaretur esse instar nostri: sed essentialem potentiam, quæ ipsa in seipsa consideratur in propria hypostasi ac consistentia, neque potest separari a Deo in quo est, aut a Verbo Dei quod consequitur: neque ad hoc ut non sit, effunditur, sed, ad Dei Verbi similitudinem, est in hypostasi eligendi vi prædita per se mobili, operante, et semper bonum eligente, et ad omne propositum cum voluntate concurrentem habente potentiam.

CAPUT III.

Qui itaque diligenter et accurate considerant mysterii profunditatem, in anima quidem arcana quadam ratione mediocrem accipit intelligentiam doctrinæ Dei cognitionis, oratione tamen non potest ineffabilem aperire profunditatem mysterii; nempe quomodo idem et cadat sub numerum, et non cadat, et divisum cernatur, et comprehendatur in unitate, distinctumque sit ac discretum consistentia et hypostasi, et subjecto non sit divisum, et rursus aliud sit, cujus est Verbum et Spiritus. Sed posteaquam discrimen in his intellexeris, naturæ rursus unitas non admittit divisionem: adeo ut neque monarchiæ dominatus scindatur in diversas dissectus unitates, neque congruat id quod dicitur cum dogmate Judaico; sed per medium duarum opinionum procedat veritas, et utramque tollens hæresim, et ab utraque accipiens id quod est usui. Nam Judæi quidem dogma tollit, et Verbum admittendo, et

credendo Spiritum : eorum autem qui stant a Græcis aboletur error multorum deorum, ea quæ est secundum naturam unitate circumscribente et arcente multorum phantasiam. Rursus autem ex Judaica opinione maneat naturæ unitas, ex eo autem quod Græci opinantur, sola discretio in hypostasibus, impiæ opinioni utrinque congruo adhibito remedio. Est enim veluti quædam medicina, eorum quidem qui in uno aberrant, numerus Trinitatis : eorum autem qui sunt dispersi in multitudinem, ratio unitatis.

CAPUT IV.

Sin autem adversus hæc contradicat Judæus, non utique ex ejus propriis difficilis erit nobis adversus illum disceptatio. Ex iis enim documentis in quibus est educatus, veritatis erit declaratio. Esse enim Verbum Dei, et Spiritum Dei, potestates, quæ consistunt essentialiter, et sunt efficietes eorum quæ facta sunt, et ea quæ sunt, continent, ex divinitus inspiratis Scripturis evidenter ostenditur. Sufficit autem, cum meminerimus unius testimonii, plura invenienda relinquere studiosis. *Verbo Domini*, inquit, *cæli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* ¹. Quo Verbo, et quo Spiritu? Neque enim dictio est Verbum, neque Spiritus anhelitus. Si enim ad nostræ naturæ similitudinem Deus quoque homo fieret, ejusmodi quoque verbo et spiritu uti universitatis opificem statuerent. Quænam autem tanta virtus proficiscitur a verbis, et a spiritu, ut sufficiat ad cælum constituendum, et quæ in eo sunt virtutes? Si enim nostræ dictioni Dei Verbum est simile, et Spiritus spiritui, similis est omnino virtus ex similibus, et quantas nostrum, tantas vires habet Dei Verbum. Atqui et operatione sunt carentes et minime consistentes, qui cum verbis transeunt spiritus. Quo sit ut non agentes, et non consistentes illos omnino constituent, qui ad nostri verbi similitudinem Dei Verbum deducunt. Sin autem, ut dicit David, Verbo Dei firmati sunt cæli, et eorum virtutes consistunt in Dei Spiritu, constat ergo mysterium veritatis, quod dictat esse dicendum Verbum in essentia, et Spiritum in hypostasi.

CAPUT V.

Sed Dei quidem esse Verbum et Spiritum, et per communes notiones Græcus, et per Scripturas Judæus fortasse non contradicet; at Dei Verbi hominis facti dispensationem uterque eorum ex æquo reprobabit, ut quæ sit minime probabilis, et quam de Deo dicere minime conveniat. Ex alio ergo principio adducemus eos qui contradicunt, ut hoc credant, nempe. Credantne Verbo et sapientia omnia esse facta ab eo qui condidit universitatem? an hujus quoque existimationis fidem difficile admittant? Sed si non dederint Verbum seu rationem, et sapientiam fuisse duccem rerum crea-

¹ Psal. xxxii, 6.

ται τὸ δόγμα, τῇ τε τοῦ Λόγου παραδοχῇ, καὶ τῇ πιστεὶ τοῦ Πνεύματος· τῶν δὲ Ἑλληνιζόντων ἡ πολυθεὸς ἐξαφανίζεται πλάνη, τῆς κατὰ φύσιν ἐνότητος παραγραφομένης τὴν πληθυντικὴν φαντασίαν. Πάλιν δὲ ἂν ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς ὑπολήψεως ἡ τῆς φύσεως ἐνότητος παραμενέτω· ἐκ δὲ τοῦ Ἑλληνισμοῦ, ἡ κατὰ τὰς ὑποστάσεις διάκρισις μόνη, θεραπευθεῖσθαι ἐκατέρωθεν καταλλήλως τῆς ἀσεβοῦς ὑπονοίας. Ἔστι γὰρ ὡσπερ τις θεραπεία τῶν μὲν περὶ τὸ ἐν πλανωμένων ὁ ἀριθμὸς τῆς Τριάδος· τῶν δὲ εἰς πλήθος ἐσκαδασμένων, ὁ τῆς ἐνότητος λόγος.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Εἰ δὲ ἀντιλέγει τοῦτοίς ὁ Ἰουδαῖος, οὐκέτ' ἂν ἡμῖν ἐκ τοῦ ἰθιού δύσκολος ὁ πρὸς ἐκείνων γενήσεται λόγος. Ἐκ γὰρ τῶν συντρόφων αὐτῷ διδαγμάτων ἡ τῆς ἀληθείας ἔσται φανέρωσις. Τὸ γὰρ εἶναι Λόγον Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ οὐσιωδῶς ὑφεστῶσας δυνάμεις, ποιητικὰς τε τῶν γεγενημένων, καὶ περιεκτικὰς τῶν ὄντων, ἐκ τῶν θεοπνευστων Γραφῶν ἐναργέστερον δείκνυται. Ἄρχει δὲ μιᾶς μαρτυρίας ἐπιμνησθέντας, τοῖς φιλοπικωτέροις καταλιπεῖν τῶν πλείων τὴν εὐρεσιν. *Τῷ Λόγῳ τοῦ Κυρίου*, φησὶν, *οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν*. Ποῶν Λόγῳ καὶ ποῶν Πνεύματι; Ὅστε γὰρ ῥῆμα ὁ Λόγος, ὅστε ἄσθμα τὸ Πνεῦμα. Ἡ γὰρ ἂν καθ' ὁμοίτητα τῆς ἡμετέρας φύσεως καὶ τὸ θεῖον ἐξανθρωπιζοίτο, καὶ τοιοῦτῳ κεχρησθαι λόγῳ καὶ τοιοῦτῳ πνεύματι, τὸν τοῦ παντός ποιητὴν δογματιζοίεν. Τίς δ' οἴχεται δύναμις ἀπὸ ῥημάτων καὶ ἀσθματος τηλικαύτη, ὡς ἐφαρκεῖν πρὸς οὐρανοῦ σύστασιν καὶ τῶν ἐν τούτοις δυνάμεων; Εἰ γὰρ ὁμοῖος τῷ ἡμετέρῳ ῥήματι καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ τὸ Πνεῦμα τῷ πνεύματι, ὁμοία πάντως ἐκ τῶν ὁμοίων ἡ δύναμις· καὶ ὅσην ὁ ἡμέτερος, τοσαύτην καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τὴν ἰσχὺν ἔχει. Ἀλλὰ μὴ ἀνερέργητά τε καὶ ἀνυπόστατα τὰ τοῖς ῥήμασι συνδιεξερχόμενα πνεύματα. Ἄπρακτα πάντως καὶ ἀνυπόστατα κακείνα κατασκευάζουσιν, οἱ πρὸς τὴν ὁμοίτητα τοῦ παρ' ἡμῖν λόγου τὸ θεῖον κατάγοντες. Εἰ δὲ, καθὼς λέγει Δαβὶδ, ἐστερεώθησαν τῷ Λόγῳ τοῦ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ, καὶ αἱ δυνάμεις αὐτῶν ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ τὴν σύστασιν ἔσχον· ἄρα συνέστηκε τὸ τῆς ἀληθείας μυστήριον, Λόγον ἐν οὐσίᾳ, καὶ Πνεῦμα ἐν ὑποστάσει λέγειν ὑφηγούμενον.

D

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Ἀλλὰ τὸ μὲν εἶναι Λόγον Θεοῦ καὶ Πνεῦμα, διὰ τε τῶν κοινῶν ἐνοπιῶν ὁ Ἑλληγ, καὶ διὰ τῶν Γραφικῶν ὁ Ἰουδαῖος, ἴσως οὐκ ἀντιλέξει· τὴν δὲ κατὰ τὸν ἀνθρωπινὸν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου, κατὰ τὸ ἴσον ἐκότερος αὐτῶν ἀποδοκιμάσει, ὡς ἀπίθανόν τε καὶ ἀπρεπὴ περὶ Θεοῦ λέγεσθαι. Οὐκοῦν ἐξ ἐτέρας ἀρχῆς, καὶ εἰς τὴν περὶ τούτου πίστιν τοὺς ἀντιλέγοντας προσαξόμεθα. Λόγῳ τὰ πάντα γεγενῆσθαι καὶ σοφίᾳ παρὰ τοῦ τὸ πᾶν συστησαμένου πιστεύουσιν, ἢ καὶ πρὸς ταύτην δυσπειθῶς ἔχουσι τὴν ὑπόληψιν; Ἄλλ' εἰ μὴ δόξεν Λόγον καθηγεῖσθαι καὶ σοφίαν τῆς τῶν ὄντων συστάσεως, ἀλογίαν τε καὶ ἀτεχνίαν τῇ ἀρχῇ

τοῦ παντός ἐπιστήσουσιν. Εἰ δὲ τοῦτο ἀποτόν τε καὶ ἀσεβὲς, ὁμολογεῖται πάντως ὅτι Λόγον τε καὶ σοφίαν ἡγεμονεῖεν τῶν ὄντων ὁμολογήσουσιν. Ἀλλὰ μὴν ἐν ταῖς φράσεσιν ἀποδέδεται, μὴ αὐτὸ τοῦτο ῥήμα ὢν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἢ ἐξ ἐπιστήμης τινὸς ἢ σοφίας· ἀλλὰ κατ' οὐσίαν τις ὑφεστῶσα δύναμις, προαιρετικὴ τε παντός ἀγαθοῦ, καὶ ἐν ἰσχύϊ πᾶν τὸ κατὰ προαίρεσιν ἔχουσα. Ἀγαθοῦ δὲ ὄντος τοῦ κόσμου, τὴν τῶν ἀγαθῶν ὀρεκτὴν τε καὶ ποιητικὴν δύναμιν αἰτίαν εἶναι. Εἰ δὲ τοῦ κόσμου παντός ἡ ὑπόστασις τῆς τοῦ Λόγου δυνάμεως ἐξήπται, καθὼς ἡ ἀκολουθία παρ- εδείξεν· ἀνάγκη πᾶσα καὶ τῶν τοῦ κόσμου μερῶν μὴ ἄλλην ἐπινοεῖν αἰτίαν τινὰ τῆς συστάσεως, ἀλλ' ἢ τῶν Λόγον αὐτὸν, δι' οὗ τὰ πάντα τὴν εἰς τὸ γενέσθαι πύροdon ἔσχε. Τοῦτο δὲ εἶπε Λόγον, εἶπε σοφίαν, εἶπε δύναμιν, εἶπε Θεόν, εἶπε ἄλλο τι τῶν ὑψηλῶν τε καὶ τιμίωv ὀνομάζειν τις ἐθέλοι, οὐ διοισμέθη. Ὁ τι γὰρ ἂν εὐρεθῆ δεικτικὸν τοῦ ὑποκειμένου ῥήμα ἢ ὄνομα, ἐν ἔστι τὸ διὰ τῶν φωνῶν σημαίνον, ἢ αἰδῖος τοῦ Θεοῦ δύναμις, ἢ ποιητικὴ τῶν ὄντων, ἢ εὐρετικὴ τῶν μὴ ὄντων, ἢ συνεκτικὴ τῶν γεγονότων, ἢ προ- ρατικὴ τῶν μελλόντων. Οὗτος τοίνυν ὁ Θεός, ὁ Λόγος, ἡ σοφία, ἡ δύναμις, ἀπεδείχθη κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ποιητῆς, οὐκ ἀνάγκη τινὲ πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευὴν ἐναχθεῖς, ἀλλ' ἀγάπης περιουσίᾳ τοῦ τοιοῦτου ζώου δημιουργήσας τὴν γένεσιν. Ἐδει γὰρ μήτε τὸ φῶς ἀθέατον, μήτε τὴν δόξαν ἀμάρτυρον, μήτε ἀναπόλαυστον αὐτοῦ εἶναι τὴν ἀγαθότητα, μήτε τὰ ἄλλα πάντα ὅσα περὶ τὴν θείαν καθορᾶται φύσιν, ἀργὰ κείσθαι, μὴ ὄντος τοῦ μετέχοντός τε καὶ ἀπολαύοντος. Εἰ τοίνυν ἐπὶ τούτοις ὁ ἄνθρωπος εἰς γένεσιν ἔρχεται, ἐφ' ᾧ τε μέτοχος τῶν θείων ἀγαθῶν γενέσθαι, ἀναγκαιῶς τοιοῦτος κατασκευάζεται, ὡς ἐπιτηδεῖως πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν μετουσίαν ἔχειν. Καθάπερ γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς διὰ τῆς ἐγκειμένης αὐτῷ φυσικῶς αὐγῆς ἐν κοινωνίᾳ τοῦ φωτός γίνεται, διὰ τῆς ἐμφύτου δυνάμεως τὸ συγγενὲς ἐφελκόμενος· οὕτως ἀναγκαῖον ἦν ἐγκραθῆναι τι τῆ ἀνθρωπίνῃ φύσει συγγενὲς πρὸς τὸ θεῖον, ὡς ἂν διὰ τοῦ καταλλήλου πρὸς τὸ οἰκεῖον τὴν ἔφειεν ἔχει. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ τῶν ἀλόγων φύσει, ὅσα τὸν ἔνυδρον καὶ ἐναέριον ἔλαχε βίον, καταλλήλως ἕκαστον τῷ τῆς ζωῆς εἶδει κατεσκευάσθη, ὡς οἰκεῖον ἕκατέρου καὶ ὁμόφυλον, διὰ τῆς ποιᾶς τοῦ σώματος διαπλάσεως, τῷ μὲν τὸν ἀέρα, τῷ δὲ τὸ ὕδωρ εἶναι. Οὕτως οὖν καὶ τὸν ἀνθρώπον ἐπὶ τῇ τῶν θείων ἀγαθῶν ἀπολαύσει γενόμενον, εἶδει τι συγγενὲς ἐν τῇ φύσει πρὸς τὸ μετεχόμενον ἔχειν. Διὰ τοῦτο καὶ ζωῆ, καὶ λόγῳ, καὶ σοφίᾳ, καὶ πᾶσι τοῖς θεοπεπέσιν ἀγαθοῖς, κατεκοσμήθη, ὡς ἂν δι' ἕκαστου τούτων πρὸς τὸ οἰκεῖον τὴν ἐπιθυμίαν ἔχοι. Ἐπεί οὖν ἐν τῶν περὶ τὴν θείαν φύσιν ἀγαθῶν κατὰ τὴν αἰδιότητος ἐστίν, εἶδει πάντως μὴδὲ τούτου τὴν κατασκευὴν εἶναι τῆς φύσεως ἡμῶν ἀπόκληρον, ἀλλ' ἔχειν ἐν ἑαυτῇ τὸ ἀθάνατον, ὡς ἂν διὰ τῆς ἐγκειμένης δυνάμεως γνωρίζοιτο τὸ ὑπερκεῖμενον, καὶ ἐν ἐπιθυμίᾳ τῆς θείας αἰδιότητος εἴη. Ταῦτα τῇ περιληπτικῇ φωνῇ δι' ἐνὸς ῥήματος ὁ τῆς κοσμογονίας ἐνεδείξατο λόγος, κατ' εἰκόνα Θεοῦ τὸν ἀνθρώπον γεγενῆσθαι λέγων. Ἐν γὰρ τῇ ὁμοιώσει τῇ κατὰ τὴν εἰκόνα πάντως

tionis, statuent rationis et artis egestatem fuisse in principio universalitatis. Sin autem hoc constat esse plane absurdum et impium, Verbum et sapientiam rerum fatebuntur esse duces. Atqui in iis quæ prius dicta sunt, ostensum est Dei Verbum non esse ipsam dictionem, aut ex scientia aliqua aut sapientia proficiscentem, sed quamdam quæ per essentiam consistit virtutem, quæ et omne bonum eligit, et in potestate sua situm habet quidquid elegerit. Cum autem bonus sit mundus, ejus illam, quæ est honorum appetens et efficiens, vim esse causam. Si autem, quod mundus consistat univversus, id pendet a virtute Verbi, ut ostendit consequentia, omnino necesse est ut mundi quoque partium creationis non aliam existimemus esse causam, quam idem Verbum, per quod habuerunt omnia accessum ut fierent. Hoc autem Verbumne an rationem, an virtutem, an Deum, an aliquod aliud ex sublimibus et præclaris nominibus velis nominare, minime laborabimus. Quodcunque enim inventum fuerit verbum aut nomen, quod demonstrat subjectum, unum est quod significatur per voces, nempe sempiterna Dei virtus, rerum effectrix, eorum quæ non erant inventrix, quæ continet quæ facta sunt, et prævidet futura. Hunc ergo Deum, Verbum, rationem, sapientiam, virtutem, ostensum est ex consequentia effectorem esse humanæ naturæ, non aliqua necessitate inductum ad creandum hominem, sed eximia et insigni charitate hujus animalis ortum esse architectatum. Oportebat enim neque lucem esse non aspectabilem, neque gloriam carere testibus, neque eo redire ejus bonitatem, ut nemo ea frueretur: neque alia omnia, quæ in divina conspiciuntur natura, jacere otiosa, cum non esset qui eorum esset particeps, iisque frueretur. Si ergo homo ideo deducitur ad generationem, ut divinorum bonorum fiat particeps, necessario conditur ejusmodi, ut sit aptus ad eorum bonorum participationem. Quomodo enim oculus per naturaliter insitum ei splendorem lucis fit particeps, per vim ei inditam quod sibi cognatum est attraheus: ita necesse erat ut in humana natura aliquid immisceretur, quod cum Deo haberet cognationem, ut propter convenientiam teneretur desiderio ejus quod ei esset propinquitate ac necessitudine conjunctum. Nam et in natura brutorum, ea quibus obtigit ut vitam degant in aqua et in aere, condita sunt unumquodque congruenter generi vitæ ab eo degendæ, ut per certam corporis effectorem, alteri quidem proprius et conveniens esset aer, alteri vero aqua: ita ergo etiam hominem ortum ad fruendum bonis divinis, oportebat habere aliquid in natura cognatum cum eo cujus esset particeps. Propterea fuit ornatus et vita, et ratione, et sapientia, et omnibus bonis, quæ Deum decent, ut per unumquodque eorum flagraret cupiditate ejus quod est sibi proprium ac conjunctum. Quoniam ergo unum ex iis bonis quæ sunt in di-

supremam et maxime proprie substantiam dicit; et loco Filii eam, quæ est propter illam, post illam vero reliquis antecedentem; loco autem Spiritus sancti, eam, quæ nulli horum conjuncta est (a). Atqui si his appellationibus uti satius esset, non adeo inops erat veritas, ut hæc nomina non reperiret; neque adeo imperiti erant alii, qui postea ordine subsecuti mysterii hujus prædicationem exceperunt, quique ab initio oculati testes et ministri sermonis fuerunt, et qui post illos totum terrarum orbem evangelica doctrina compleverunt; rursusque, qui posteris temporibus ortas de hoc dogmate dubitationes in communi concilio desinuerunt, quorum traditiones scriptæ semper in Ecclesiis custodiuntur. Si ita loqui oportebat, non utique Patris et Filii et Spiritus sancti mentionem fecissent. Quod si omnino pietati consentaneum, et ab omni periculo remotum erat, ad hanc novitatem transferre filii vocabula, sequitur omnes illos fuisse indoctos, rerum divinarum rudes, et nominum cognatorum, ut iste dicit, expertes; illos, inquam, qui neque potuerunt neque voluerunt proprias cogitationes præponere iis nominibus, quæ a divinis oraculis accepimus.

Sed omnibus manifestam arbitror causam, cur hæc nova nomina cuderit Eunomius. Nam omnes homines audito Patris et Filii vocabulo, statim propriam et naturalem inter ipsos habitudinem ex ipsis vocabulis agnoscunt: quæ enim naturalis sit habitudo, omnibus tacentibus, ex his appellationibus intelligitur. Ut ergo hæc de Patre et Filio in animis hominum non ingenerarentur, subtrahit audientibus eam, quæ cum nominibus subit mutæ habitudinis notionem, relictisque divinitus inspiratis dictionibus, eas voces ad explicationem dogmatis adhibet, quæ evertendæ veritati quam maxime sint idoneæ.

Recte porro dicit, his non universæ Ecclesie de doctrina sententiam, sed suam perfici. Cuius autem, qui vel paululum attendere velit, facile est, quam impia sint, quæ effudit, perspicere. At fortassis abs re non fuerit, sigillatim disquirere, quidnam sibi velit, cum supremam et maxime proprie substantiam soli Patris substantiæ attribuit, non autem Filii et Spiritus sancti, cum tamen concedat iis supernam et propriam substantiam. Arbitror enim ego hoc nihil esse aliud, quam machinam quamdam ad negandum funditus omnem substantiam Filii et Spiritus sancti, eumque occulte his verborum ambagibus moliri, ut præter inane nomen nihil subesse credamus, vera substantiæ et essentiæ notionem per has sutelas et fraudes destructa: quodque hæc ita sese habeant, nullo negotio deprehendet, qui animum ad orationem ipsius paululum adjicere volet. Non enim is credere potest vere subsistere per propriam substantiam, Filium et Spiritum sanctum,

καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀποσιωπήσας, ἀντὶ μὲν Πατρὸς, ἀνωτάτω τινὰ καὶ κυριωτάτην οὐσίαν λέγει, ἀντὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ, τὴν δι' ἐκείνην μὲν οὐσίαν, μετ' ἐκείνην δὲ τῶν ἄλλων πρωτεύουσαν, ἀντὶ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὴν μηδεμίᾳ τούτων συντατομένην. Καίτοι γε εἰ οὕτως εἰπεῖν οἰκειότερον ἦν, οὐκ ἂν πάντως ἠπόρῃσεν ἡ ἀλήθεια τῆς τῶν ῥημάτων τούτων εὐρέσεως, οὐδ' ἂν πάντως οἱ καθεξῆς ἐκδεξάμενοι τοῦ μυστηρίου τὸ κήρυγμα, οἷ τε ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρεταὶ γενόμενοι τοῦ λόγου, καὶ οἱ μετ' ἐκείνου πάντες τὴν οἰκουμένην τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων καταπληρώσαντες· καὶ πάλιν μετὰ ταῦτα κατὰ καιροῦς τινὰς τὰς περὶ τοῦ δόγματος κινουμένας ἀμφιβολίας ἐν κοινῷ συνεδρίῳ διαλαβόντες· ὧν αἱ παραδόσεις ἔγγραφοι ταῖς Ἐκκλησίαις ἀεὶ διασώζονται· εἰ ταῦτα λέγειν ἐχρῆν, οὐκ ἂν Πατὴρ τε καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐποιούοντο τὴν μνήμην· εἴπερ ὅλως εὐσεβὲς ἢ ἀκίνδυνον ἦν πρὸς τὴν καινότητα ταύτην μεταχαράττειν τὰ τῆς πίστεως ῥήματα, ἢ πάντες ἀμαθεῖς ἦσαν ἐκείνοι, καὶ ἀκατήχρητοι τῶν μυστηρίων, καὶ τῶν προσφυῶν, ὡς φησὶν οὗτος, ὀνομάτων ἀνήκοοι, οἱ μῆτε εἰδότες, μῆτε θελήσαντες τῶν παραδοθέντων ἡμῖν διὰ τῆς θέλας φωνῆς ὀνομάτων τὰς ἰδίας ἐνόησας προτιμωτέρας ποιῆσασθαι.

Ἄλλὰ παντὶ πρόδηλον οἶμαι τὴν αἰτίαν εἶναι τῆς ταύτης ὀνοματοποιίας, ὅτι πάντες ἄνθρωποι Πατὴρ καὶ Υἱοῦ προσηγορίαν ἀκούσαντες, εὐθύς τὴν οἰκίαν αὐτῶν καὶ φυσικὴν πρὸς ἄλληλα σχέσιν ὑπ' αὐτῶν τῶν ὀνομάτων ἐπιγινώσκουσι. Τὸ γὰρ τῆς φύσεως συγγενὲς ἐκ τῶν προσηγορίων τούτων αὐτομάτως διερμηνεύεται. Ἴνα οὖν μὴ ταῦτα νοηταὶ περὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ, διὰ τοῦτο κλέπτει τῶν ἀκούοντων τὴν διὰ τῶν ὀνομάτων συνεισούσαν τῆς οἰκειότητος ἔμφασιν· καὶ καταλιπὼν τὰ θεόπνευστα ῥήματα, διὰ τῶν ἐπινοηθέντων ἐπὶ λύμῃ τῆς ἀληθείας ποιεῖται τὴν τοῦ δόγματος ἐκθεσιν.

Καλῶς δὲ τοῦτό φησιν, οὐ τῶν καθόλου τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων, ἀλλὰ τῶν καθ' ἑαυτοὺς ἐν τούτοις συμπληροῦσθαι τὸν λόγον. Ἔστι δὲ πρόχειρος μὲν παντὶ τῷ γε νοῦν ἔχοντι, τῆς ἀσεθείας τῶν εἰρημένων ἢ κατανόσεις. Οὐδὲν δὲ ἴσως ἀπὸ καιροῦ, καὶ καθ' ἑκαστον διεξετάσαι τῷ λόγῳ· τί βουλόμενος τὸ ἀνώτατον τε καὶ κυριώτατον μόνῃ προσμαρτυρεῖ τοῦ Πατρὸς τῆ οὐσίας, οὔτε τοῦ Υἱοῦ, οὔτε τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀνω τε καὶ κυρίαν εἶναι συγχωρῶν τὴν οὐσίαν. Οἶμαι γὰρ ἐγὼ γε μελέτην εἶναι ταύτην τῆς παντελοῦς κατὰ τὴν οὐσίαν ἀνήσεως τοῦ Μονογενοῦς καὶ τοῦ Πνεύματος, καὶ τοῦτο λεληθότως κατασκευάζεσθαι διὰ τῆς τοιαύτης τεχνολογίας, τὸ μέχρις ὀνόματος εἶναι ταῦτα δοκεῖν, τὴν δὲ ἀληθῆ τῆς ὑποστάσεως αὐτῶν ὀμολογίαν διὰ τῆς τοιαύτης κατασκευῆς ἀθετεῖσθαι· καὶ ὅτι ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, χαλεπῶς ἂν τις κατανοήσῃε μικρὸν προσδιατρέψας τῷ λόγῳ. Οὐκ ἔστι τοῦ νομιζόντος ἀληθῶς εἶναι κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν τὴν Μονογενῆ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ

(a) Similia S. Basilius l. iv contra Eunomium, statim sub initium.

ἄγιοι, τὸ ἀκριβολογεῖσθαι περὶ τὴν ὁμολογίαν τῶν ἁνομίτων, οἷς ἀποσεμνύνειν οἴεται δεῖν τὸν ἐπὶ πάντων θεόν. Ἡ γὰρ ἂν ἦν τῆς ἐσχάτης εὐθεΐας, τῷ πράγματι συντιθέμενον, μικρολογεῖσθαι περὶ τὰ ῥήματα· νυνὶ δὲ τῷ μόνῃ προσμαρτυρεῖται τοῦ Πατρὸς τῆ οὐσίας τὸ ἀνώτατόν τε καὶ κυριώτατον, ἔδωκε διὰ τῆς σωπῆς περὶ τῶν ὑπολοίπων, ὡς οὐ κυρίως ὑπερώτων, στοχάζεσθαι. Πῶς γὰρ ἔστιν ἀληθῶς εἶναι τι λέγειν, ὃ μὴ προσμαρτυρεῖται τὸ κυρίως εἶναι; Ἀνάγκη γὰρ ἐφ' ὧν οὐχ ὁμολογεῖται τὸ κύριον, τοῖς ἐπιδιαστελλομένοις τῶν ὀνομάτων συντίθεσθαι. Τὸ γὰρ μὴ κύριον, ἄκυρον πάντως. Ὡστε ἡ τοῦ μὴ κυρίως εἶναι κατασκευὴ τῆς παντελοῦς ἀνυπαρξίας ἀπόδειξις γίνεται· πρὸς ἣν ἔοικεν ὁ Εὐνόμιος βλέπων, ταῦτα καινοτομεῖν ἐν τῷ καθ' ἑαυτὴν δόγματι τὰ ὀνόματα. Οὐ γὰρ δὴ δι' ἀπορίαν φήσει τις αὐτὸν εἰς ἀνήκτον ὑπόληψιν ἐκπεσόντα τοπικῶς τὸ ἄνω πρὸς τὸ ὑπερθετικῶς διαστῆλαι, καὶ τῷ Πατρὶ καθάπερ γεωλόφον τινα σκοπιᾶν ἀφορίζοντα, τὸν Υἱὸν τοῖς κλιστότεροις ἐγκαθιδρύειν. Οὐδεὶς γὰρ οὕτω παῖς τὴν διάνοιαν, ὡς ἐπὶ τῆς νοερᾶς τε καὶ ἀσωμάτου φύσεως, τὴν κατὰ τόπον διαφορὰν ἐννοεῖν. Ἴδιον γὰρ σωματικῶν ἢ ἐπὶ τόπου θέσις· τὸ δὲ τῆ φύσει νοερόν τε καὶ ὄλον, πόρρω τῆς κατὰ τόπον ἐννοίας ὁμολογεῖται. Τίς οὖν ἡ αἰτία τοῦ ἀνωτάτου λέγεσθαι μόνου τοῦ Πατρὸς τὴν οὐσίαν; Εἰς γὰρ ταύτας τὰς ὑπονοίας ἐξ ἀμαθίας τινὸς αὐτὸν περιφέρεισθαι, οὐκ ἂν τις εὐκόλως ὑπονοήσῃ, τὸν ἐν πολλοῖς, οἷς ἐπιδείκνυται, σοφὸν εἶναι προσποιούμενον· καὶ καθὼς ἀπαγορεύει ἡ θεία Γραφή, καὶ τὰ περισσὰ σοφίζμενον.

Ἄλλὰ μὴν οὐδὲ δυνάμει, οὐδὲ ἀγαθότητος, οὐδὲ ὄλου τινὸς τῶν τοιούτων ὑπεροχῆν, τὸ ἄνω φήσει τῆς οὐσίας ἐνδείκνυσθαι· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο παντὶ ῥώριμον, μὴ ὅτι τοῖς ἐπὶ σοφίᾳ πλεονεκτεῖν ὑπελήμμενοι· ὅτι ἀνευθεῖς πρὸς τελείαν ἀγαθότητά τε καὶ δύναμιν, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ἢ τε τοῦ Μονογενοῦς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματός ἐστιν ὑπόστασις. Τὰ γὰρ ἀγαθὰ πάντα, ἕως ἂν ἀπαράδεκτα τοῦ ἐναντιουμένου, ὅρον οὐκ ἔχει τῆς ἀγαθότητος. Ἐπειδὴ μόνους τοῖς ἐναντίους πέφυκε περιγράφεσθαι, ὡς ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστον ὑποδειγμάτων ἐστιν ἰδεῖν. Ἡ δύναμις ἀσθενείας παραλαβούσης ἴσταται· ἡ ζῶη θανάτῳ περιορίζεται· φως πέρας τὸ σκότος ἐστὶ· καὶ πάντα συνελόντι φάναι, τὰ καθ' ἕκαστον ἀγαθὰ τοῖς ἐναντίους ἐναπολήγει. Εἰ μὲν οὖν τρεπτήν πρὸς τὸ χεῖρον τὴν φύσιν τοῦ Μονογενοῦς καὶ τοῦ Πνεύματος ὑποτίθεται, εἰκότως ἐπ' αὐτῶν κατασμικρύνει τὴν τῆς ἀγαθότητος ἔννοιαν· ὡς δυναμένον καὶ τοῖς ἐναντίους συνενεχθῆναι. Εἰ δὲ ἀνεπίδεκτός ἐστι τοῦ χείρονος ἢ θεία τε καὶ ἐκλλοίωτος φύσις, καὶ τοῦτο παρ' αὐτῶν τῶν ἐχθρῶν ὁμολογῆται, ἀόριστος πάντως ἐν τῷ ἀγαθῷ θεωρεῖται. Τὸ δὲ ἀόριστον, ἀπέριπρον ταυτὸν ἐστίν. Ἀπέριπρον δὲ, καὶ ἀόριστον πλεονασμὸν, καὶ ἐλάττωσιν ἐννοεῖν, τῆς ἐσχάτης ἀλογίας ἐστὶ. Πῶς γὰρ ἂν ὁ τῆς ἀπει-

A qui adeo laboriose in nominibus cudendis desudat, quibus putat Patrem esse afficiendum; nam extremae dementiae esset, eum, qui rem confisteretur, occupari velle circa vuculas. At cum supremam et maxime propriam substantiam soli Patri assignet, ipso silentio conjicere nos facit, quasi reliqui non proprie subsistant. Quomodo enim dicere possumus vere esse aliquid, si proprie esse non potest (a)? Necessè namque est ea, quibus proprie esse non convenit, oppositis nominibus denotare. Nam quod non est proprie, improprie sit oportet. Itaque asserere, quod proprie non sit Filius, et Spiritus sanctus, nihil est aliud, quam omnem omnino substantiam adimere: quod sine dubio Eunomius spectans, hæc nomina suæ doctrinæ propria exco-

B gitavit. Non enim dici potest illum eo stultitiæ processisse, ut superum tanquam locum inferiori opposuerit, et Patri velut eduiorem quamdam spectantem assignarit, collocato in humilioribus locis Filio. Nam nullus adeo insipiens et stolidus est, qui in natura illa sub solum intellectum cadente differentiam loci reperiri existimet; loci enim positiones proprie sunt corporum; at quod natura sua spirituale est, et omnis materiei expertus, ei omnium confessione circumscriptioni loci non competit. Qua igitur de causa asserit iste solam Patris substantiam esse omnium supremam? Nam ex inscitia illum in has ineptias incidere haud facile aliquis sibi persuadeat; quippe qui in rebus et scriptis suis cum primis sapientiæ laude præstare videri cupiat: quique, quod tamen Scriptura divina vetat, etiam plus quam oportet sapiat²².

Atqui nec affirmare poterit supremum illud, quod substantiæ Patris tribuit, significare excellentiam quamdam potestatis, bonitatis, aut alterius aliqujus de genere eodem. Etenim hoc quibusvis manifestum est, exceptis iis, qui sapientiæ principatum sibi arrogat, unigeniti Filii et Spiritus sancti substantiæ nihil penitus deesse ad omnibus numeris absolutam bonitatem, potentiam, et ad id genus alia attributa. Omnia enim bona quandiu pura, et a suo contrario libera manent, limite carent. Nam solo contrario terminari, et certis quasi finibus includi solent: ut videre licet, si quis sigillatim res intueri velit. Valetudo enim veniente imbecillitate finitur, vita morte circumscribitur, lucem terminant tenebræ, et ut rem in pauca conferam, quælibet bona ingruente contrario desinunt. Si igitur arbitratur, naturam Unigeniti et Spiritus sancti mutationi in deterius obnoxiam esse, merito sane opinionem de earumdem bonitate imminuit et elevat, cum contrarii sint capaces. At si divina natura in deterius immutabilis prorsus et invariabilis est, ut ipsi quoque hostes fatentur, necessario sequitur eam interminatam bonitatem habere: interminatam autem et infinitum idem sunt.

²² Eccli. vii, 17.

(a) Profert hunc locum Cypariss. Decad. iv, cap. 9.

At in infinita et interminata copia et abundantia A defectum et imminutionem animo concipere, extremæ insipientiæ argumentum est. Quomodo enim ratio et notio infinitatis subsistet, si quis in re intentionem et remissionem statuat? Ex finium enim mutua juxta se oppositione excelsum cognoscimus. Ubi vero finis omnis abest, quam ratione excessus cognosci potest? An fortassis Eunomius huc non collineavit, sed potius temporario quodam excessu cogitatione efformato, secundum prærogativam originis et antiquitatis excellentiam intelligit, ob eamque Patris substantiam solam omnium supremam vocat? dicat ergo, cui excessum illum vitæ, qua Pater vicit, attribuat, cum nullum temporis spatium inter Patrem et unigenitum Filium interjectum animo recte concipi queat?

Faciamus tamen tempus intercedere, quomodo, B quæso, plus de ratione substantiæ participaret, prior illa secundum durationem substantia, quam posterior, de ipsa, inquam, ratione et notione substantiæ, ut *suprema*, et quæ *proprie sit*, appellari mereretur, illa vero nequaquam? Prior enim respectu posterioris, diuturnioris quidem temporis particeps est, at de substantiæ ratione, neque plus, neque minus, quam posterior participat. Clarior res tota exemplis evadet. Quid minus habuit quam Abraham, quod ad substantiæ rationem attinet, beatus David, quatuordecim generationibus illo minor ²²? An quod tempore posterior natus sit, ob id humana natura in eo mutata est, minusve homo fuit? Quis tam fatuus est, qui hoc asserat? Eadem enim et in hoc et in illo substantiæ ratio est, temporis processu nihil penitus variata. Neque ullus dixerit illum magis esse hominem, quod tempore antecesserit; hunc vero minus naturæ humanæ participem esse, quod post alios in hanc vitæ scenam ingressus sit: quasi vel consumpta jam natura in iis, qui antecesserant, vel quasi tempus in iis omnem suam vim et facultatem insumpserit. Neutiquam enim penes tempus est cujusvis naturam velut demensam dare, sed ipsa in seipsa eadem manet, in posteris quoque seipsam conservans. At tempus volvitur more sibi insito, naturamque fixam, et immutabilem et intra proprios terminos constantem, sive prætergreditur, sive præterlabitur. Quamobrem neque si tempore et duratione prior esset Pater, ut in hypothesisi nostra posuimus, ob id proprie soli Patri principatus et summitas substantiæ ascribi deberet; cum vero nulla sit quoad temporis durationem diversitas, qua tandem ratione in illa, quæ sæcula antecessit natura, tale quid comminisci quis audeat: cum enim omne intervallum aliquid dimittiri solitum, infra illam divinam naturam reperiatur, quid, oro, effugii relinquitur illis, qui conantur substantiam illam, tempus omne antegressam, et animo incomprehensum superi et inferi positionibus discriminare?

At perspicuum est, et sine ulla dubitatione, hoc quod iste asserit, nihil aliud esse, quam patrociniū Judaicæ impietatis, qui solam Patris sub-

ρίας διασωθείη λόγος, εἰ τὸ πλεόν τε καὶ ἔλαττον ἐν αὐτῷ δογματίζοιτο; Ἐκ γὰρ τῆς τῶν περάτων πρὸς ἄλληλα παραθέσεως, τὸ πλεόν διαγιγνώσκομεν ἐφ' ὧν δὲ πέρας οὐκ ἔστι, πῶς ἂν τις δυνηθεῖη τὸ περισσὸν ἐννοῆσαι; Ἡ οὐχὶ τοῦτο, χρονικὴν δὲ τινα τὴν ὑπερσχήν ἐννοῶν, κατὰ τὰ πρεσβεῖα τῆς ἀρχαιότητος τὸ πλεόν νέμει, καὶ διὰ τοῦτο τὴν τοῦ Πατρὸς οὐσίαν μόνην ἀνωτάτω φησί; Οὐκοῦν εἰπάτω τίνοι τοῦ πλεόν τῆς τοῦ Πατρὸς ζωῆς διεμέτρησε, μηδενὸς διαστήματος χρονικοῦ προεπινοουμένου τῆς τοῦ Μονογενοῦς ὑποστάσεως.

Καίτοι εἰ καὶ τοῦτο ἦν (εἰρήσθω γὰρ καθ' ὑπόθεσιν τέως) ἢ τῷ χρόνῳ προήκουσα τῆς μεταγενεστέρως οὐσίας, τί μᾶλλον ἔχει τὸ εἶναι, κατ' αὐτὸν λόγον τοῦ εἶναι λόγον, ὥστε τὴν μὲν ἀνωτάτω καὶ κυρίαν λέγειν, τὴν δὲ μὴ οὕτως ἔχειν; Τοῦ γὰρ προγενεστέρου πρὸς τὸ νεώτερον, ὁ μὲν χρόνος τῆς ζωῆς πλεων ἐστίν· ἢ δὲ οὐσία παρὰ τοῦτο, οὐδὲ πλεόν τὸ ἔλαττον ἔχει. Σαφέστερον δὲ τοῦτο καὶ δι' ὑποδειγμάτων γινήσεται· τί ἔλαττον εἶχε τοῦ Ἀβραάμ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, ὁ μετὰ δεκατέσσαρας γενεᾶς ἀναδειχθεὶς Δαβὶδ; Ἄρα τι μετεποιήθη τῆς ἀνθρωπότητος ἐπὶ τούτου; Καὶ ἦττον ἀνθρώπος ἦν, ὅτι τῷ χρόνῳ μεταγενεστερός; Καὶ τίς οὕτως ἡλίθιος ὥστε τοῦτο εἰπεῖν; Εἰς γὰρ ἐφ' ἑκατέρων τῆς οὐσίας ὁ λόγος, οὐδὲν τῆ παρόδῳ τοῦ χρόνου συναλλοιούμενος· οὐδ' ἂν τις εἴπῃ τὸν μὲν μᾶλλον ἀνθρώπων εἶναι, διὰ τὸ προῆκεν τῷ χρόνῳ· τὸν δὲ ἔλαττον μετέχειν τῆς φύσεως, ὅτι μεθ' ἑτέρους τῆ ζωῆς ἐπεδήμησεν· ὥσπερ ἢ προαναλωθείσης τῆς φύσεως ἐν τοῖς προλαβοῦσιν, ἢ τοῦ χρόνου τὴν δύναμιν ἐν τοῖς παρωχηκόσι προδραπανήσαντος. Οὐτε γὰρ ἐπὶ τῷ χρόνῳ ἐστιν ἀφορίζειν ἐκάστῳ τὰ μέτρα τῆς φύσεως, ἀλλὰ αὐτὴ μὲν ἐφ' ἑαυτῆς μένει διὰ τῶν ἐπιγινομένων ἑαυτὴν συντηροῦσα· ὁ δὲ χρόνος φέρεται κατὰ τὸν ἴδιον τρόπον, εἴτε περιέχων, εἴτε παραρρέων τὴν φύσιν, παγίαν καὶ ἀμετάθετον ἐν τοῖς ἴδιοις μένουσαν ἄροις. Οὐκοῦν οὐδὲ εἰ τῷ χρόνῳ δοθείη τὸ πλεόν ἔχειν, καθὼς ὁ λόγος ὑπέθετο, κυρίως τῷ Πατρὶ μόνῳ τὸ ἀνώτατον τῆς οὐσίας προσμαρτυρήσουσι· μηδεμίαν δὲ οὐσίαν τῆς κατὰ τὰ πρεσβεῖα τοῦ χρόνου διαφορᾶς, πῶς ἂν τις ἐπὶ τῆς προαιωνίου φύσεως τὸ τοιοῦτον ἐπινοήσῃ; Παντὸς γὰρ διαστήματος μετρητικοῦ τῷ κάτω τῆς θείας φύσεως εὕρισκομένου, τίς καταλείπεται λόγος τοῖς ἐπιχειροῦσι τὴν πρόχρονόν τε καὶ ἀκατάληκτον οὐσίαν τῆ πρὸς τὸ ἄνω καὶ κάτω διαφορᾶ διασχίσειν; Ἄλλ' οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ὁ λόγος ἔχει, ὅτι συνηγορία τοῦ Ἰουδαϊκοῦ δόγματός ἐστι, τὸ παρὰ τούτων δογματίζομενον, μόνην ὑφ' ἑστέαναι τοῦ Πατρὸς τὴν

²² Math. i. 2-6.

οὐσαν ἐνδεικνυμένων, ἣν μόνην κυρίως εἶναι διισχυ-
ρίζονται, τὴν δὲ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος ἐν
τοῖς μὴ οὐσι λογιζομένων· πᾶν γὰρ τὸ μὴ κυρίως
ὄν, ἐν ῥήματι μόνον, καὶ καταχρήσει συνηθείας εἶναι
λέγεται. Ὅσπερ καὶ ἄνθρωπος ὀνομάζεται, οὐχ ὁ διὰ
μιμήσεως ἐπὶ τῆς εἰκόνης θεικνύμενος, ἀλλ' ὁ κυρίως
λεγόμενος οὗτος, οὐχ ὁμοίωμα τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλὰ
τὸ ἀρχετύπον ἐστὶ τοῦ ὁμοιώματος· ἡ δὲ εἰκὼν, μέχρις
ὀνόματος ἄνθρωπος, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔχει τὸ κυ-
ρίως λέγεσθαι, ὅπερ λέγεται, ὅτι οὐκ ἐστὶ τῆ φύσει
ὁ ὀνομάζεται. Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν, εἰ μόνου τοῦ Πα-
τρὸς ἡ οὐσία κυρίως λέγεται, ἡ δὲ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ
Πνεύματος οὐκέτι, τί ἄλλο; Ἡ οὐχὶ ἄρνησις ἐστὶ
περιφανῆς τοῦ σωτηρίου κηρύγματος; Οὐλοῦν ἀπὸ
τῆς Ἐκκλησίας ἐπὶ τὰς συναγωγὰς τῶν Ἰουδαίων
παλινδρομεῖσασαν, ἐν τῇ μὴ δίδοναι τὸν Υἱὸν κυ-
ρίως εἶναι, τὸ μὴδὲ ὅλως εἶναι κατασκευάζοντες· τὸ
γὰρ ἀκυρον τῷ ἀνυπόκρηφ ταυτὸν ἐστίν.

dum nolentes concedere Filium proprie esse, id
tant. Nam idem est improprie esse, et non esse.

Ἐπεὶ δὲ καὶ σαφὲς εἶναι τὰ τοιαῦτα βούλεται, καὶ
ἵπταται τοὺς ἀνευ λογικῆς ἐντρεχείας ἐπιχειροῦντας
τῷ γράφειν· εἰπάτω τοὺς καταφρονουμένοις ἡμῖν ἐκ
πίστεως σοφίας τὸ μᾶλλον τε καὶ ἤττον τῆς οὐσίας
ἐγκώρισε. Ἐἴς λόγος ὁ εἶναι τοιαύτην διαφορὰν πα-
ραστήσας, ὅτι οὐσία τις ἑτέρας οὐσίας μᾶλλον ἐστὶ,
καὶ αὐτὸ λέγω τὸ σημερινόμενον τῆς οὐσίας; Μὴ γὰρ
ὅτι προφερέτω τὰς τῶν ποιότητων ἢ τὰς τῶν ἰδιω-
μάτων διαφορὰς, ὅσαι περὶ οὐσίαν τῷ λόγῳ τῆς ἐπι-
νοίας καταλαμβάνονται, ἀλλὰ τι παρὰ τὸ ὑποκειμέ-
νον οὐσαι. Οὐ γὰρ ἀτμῶν, ἢ χρωμάτων, ἢ βάρους,
ἢ δυνάμεως, ἢ ἀξιωματος, ἢ ἐρόπων, καὶ ἡθους δια-
φορὰς, ἢ εἴ τι ἄλλο περὶ τὸ σῶμα καὶ ψυχὴν θεω-
ρεῖται, ταῦτα πρόκειται νῦν ἐξετάζειν· ἀλλ' αὐτὸ
λέγω ὑποκειμένον, ᾧ κυρίως τὸ τῆς οὐσίας ἐπιπέ-
κλιται ὄνομα, εἰ τινα πρὸς ἄλλην οὐσίαν ἐν τῷ μᾶλ-
λον εἶναι τὴν διαφορὰν ἔχει. Ἄλλ' οὕτω μέχρι τοῦ
νῦν ἀτηκέαμεν δύο τιῶν ὁμολογουμένων εἶναι, ἕως
ἐν ἀμφοτέροις ἢ, τὸ μὲν τι μᾶλλον, τὸ δὲ ἕλαττον εἶναι·
ἔστι γὰρ ὁμοίως ἑκάτερον, ἕως ἂν ἢ καθὸ ἐστίν, ὑπε-
ξηρημένον, καθὼς προείρηται, τοῦ κατὰ τὸ προ-
τιμότερον ἢ διαρκέστερον λόγου.

alterum minus esse. Æqualiter enim utrumque est,
cessus et defectus ratione, ut antea diximus.

Εἰ μὲν αὖν οὐ δίδωσιν ὅλως ἐν οὐσίᾳ τὸν Μονογενῆ
θεωρεῖσθαι (πρὸς τοῦτο γὰρ εἶκοι λεληθότως αὐτῷ
κατολισθαίνειν ὁ λόγος), ὁ μὴ διδοὺς αὐτῷ τὸ κυρίως
εἶναι, μὴδὲ τὸ ἤττον ἐπ' αὐτοῦ συγχωρεῖτω· εἰ δὲ
ἐνούσιον δύνανται ὁμολογεῖ τὸν Υἱὸν ὅπως οὖν ὑπο-
στάνα (οὕτω γὰρ περὶ τούτου διαμαχόμεθα), τί
καὶν ἀφαιρεῖται ὁ δίδωσι· τὸν ὁμολογηθέντα εἶναι,
τῷ μὴ κυρίως εἶναι κατασκευάζων, ὅπερ ἰσὸν ἐστὶ,
καθὼς εἴρηται, τῷ μὴδὲ ὅλως εἶναι; Ὅς γὰρ οὐκ
ἔστιν ἄνθρωπον εἶναι, ᾧ μὴ τελείως ὁ κατὰ τὸ ὄνομα
λόγος ἐφήρμοσται· τῷ δὲ ἐλλείποντι τῶν ἰδιωμάτων,
ὅλως ὁ τῆς οὐσίας αὐτῷ συνδιαγράφεται λόγος· οὕτω
καὶ ἐπὶ παντὸς πράγματος, ᾧ μὴ τελείως, μῆτε κυ-
ρίως τὸ εἶναι προσμαρτυρεῖται, οὐδεμίαν ἀπόδειξιν
ἔχει τῆς ὑποστάσεως ἢ μερικῆ τοῦ εἶναι συγκατά-

A stantiam subsistere credunt, et quam solam pro-
prie esse asseverant; conjecta Filii et Spiritus
sancti substantia in eorum, quæ non sunt, nume-
rum et ordinem, quia omne illud, quod proprie
non est, verbo solo, et abusu quodam quotidianæ
consuetudinis esse dicitur. Quemadmodum homi-
nis quoque appellationem non sortitur ille, qui
imitatione tantum, et in expressa imagine homo
est, sed qui proprie talis dicitur, quique non simi-
litudinis hominis est, sed ipsum archetypum et exem-
plar similitudinis. At imago nomine tenus homo est.
Quapropter non proprie est quod appellatur; quia
ex natura non est quod dicitur. Pari igitur modo
et hic, si sola Patris substantia proprie dicitur,
non autem Filii et Spiritus sancti, quid aliud hoc
censeam, quam abnegationem manifestam totius
salutis, quæ nobis cœlitus annuntiata est? Confe-
rant ergo sese ab Ecclesia ad synagogam Judæorum,
unum moliantur, ut totum illius esse e medio tol-

Quia vero Eunomius in his intelligendis admo-
dum solers sibi esse videtur, et quia spernit om-
nes illos, qui sine disserendi subtilitate et acumine
ad scribendum accedunt, explicet rudibus nobis,
qui ex numero vulgi sumus, ex quali philosophia
didicerit substantiam intensionis et remissionis
capacem esse. Quæ ratio dictat, aut suadet, unam
substantiam altera magis esse substantiam, secun-
dam ipsam dico substantiæ rationem? neque volo,
ut adducat nobis qualitatibus aut proprietatibus dif-
ferentias, quas in substantia cogitatione concipi-
mus, quæque diversum quiddam sunt ab eo cui
insunt: non enim inquisitionem instituiamus de
diversitate habituum, colorum, gravitatis, roboris,
dignitatis, morum et indolis, vel aliorum, quæ
corpori et animo inhærere contemplamur: sed de
ipso subjecto, cui proprie nomen substantiæ com-
petit, querimus in præsentia; num respectu alte-
rius, prærogativam quamdam in hoc, quod magis
sit, obtineat. Atqui ad hunc usque diem nunquam
audivimus duo quædam, quæ omnium consensu
sunt, quamdiu ambo quidem sunt, alterum magis,
quamdiu est, quod est, sublata omni præsus ex-

D Si igitur omnino non conceditur, unigenito Filio
rationem substantiæ convenire: huc enim, quam-
vis clandestina via, tendere videtur illius oratio;
cum eum proprie esse negat, deberet etiam negare
eum minus esse. Quod si fatetur Filium esse sub-
stantiam quamdam, quomodocunque subsistentem
(nondum enim de hoc disceptamus), cur iterum ei-
dem quod largitur adimit, dum eum quem con-
fessus est esse, per hoc quod contendit improprie
esse, penitus abolet et tollit? Idem enim est quod
omnino non esse, ut paulo ante monuimus. Quem-
admodum enim illud homo non est, cui nominis
ratio perfecte non congruit: quod autem propriat-
ibus rei caret, ei tota substantiæ illius ratio ab-
judicatur: ita generatim contingit in omni re, de

qua vere non affirmatur, quod vel perfecte, vel proprie sit : non enim ob id eam esse demonstraveris, quod eidem partem quasi essentiae et existentiae concedas. Qui enim rem proprie non esse astruit, is totius rei interitum et perniciem meditatur. Quapropter ad meliora, si sapit, animum et cogitationem transferat, et docere cesset substantiam Unigeniti improprie et minus esse. Quod si in impietate persistere statuit (quamvis nesciam, cur velit conditorem suum Deumque et benefactorem blasphemis remunerare), poenas luat vanæ existimationis, quam de doctrina sua concepit : quippe qui imperite substantiam alia aliam secundum substantiae rationem faciat majorem, et hanc quidem superam, illam vero inferam, eo modo, qui consistere nequit, decernat : alteramque proprie, alteram improprie esse tradat. Neque vero quemquam philosophorum etiam a fide nostra abhorrentem cognovimus, qui adeo deliraret : neque con-

θεσις· ἀλλὰ τὴν καθόλου τοῦ ὑποκειμένου ἀναίρεσιν κατασκευάζει ἢ περὶ τοῦ μὴ τελείως εἶναι κατασκευή, ὡς εἰ μὲν εὐ φρονεῖ, πρὸς τὴν εὐσεβῆ διάνοιαν μεταθέσθαι, τὸ ἤττον καὶ τὸ ἄκυρον ἐπὶ τῆς οὐσίας τοῦ Μονογενοῦς τε καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑφελὼν ἐκ τοῦ δόγματος. Εἰ δὲ ἀσεβεῖν ἐγνώκε πάντως (ὡς ἐγώ γε οὐκ οἶδα ἀνθ' ἑαυτοῦ καὶ βούλεται τὸν κτίστην ἑαυτοῦ καὶ Θεὸν καὶ εὐεργέτην διὰ βλασφημίας ἀμείβεσθαι), τὴν γοῦν τοῦ δοκεῖν τις εἶναι· κατὰ τὴν παιδευσιν ὑπόνοιαν ζημιούσθω· ἀμαθῶς οὐσίαν ὑπερτιθεὶς οὐσίαν· καὶ τὴν μὲν ἄνω, τὴν δὲ κάτω κατὰ τὴν μὴ εὐρίσκόμενον λόγον ἀποφαινόμενος· καὶ τῇ μὲν τὸ κύριον, τῇ δὲ μὴ τοιοῦτον προσμαρτυρῶν. Οὕτε γὰρ τῶν ἔξω τῆς πίστεως πεφιλοσοφηκότων ἐγνομέν τινά τοῦτο ληρήσαντα, οὕτε ταῖς θεοπνεύστους φωναῖς, οὕτε ταῖς κοιναῖς ἐνομοῖσι τὸ τοιοῦτο συμβαίνει.

cognovimus, qui adeo deliraret : neque con-

Quid igitur in his vocabulis novandis iste sibi proposuerit, satis, ut arbitror, ex dictis jam est manifestum : videlicet tanquam propugnaculum vel fundamentum quoddam totius improbitatis suæ, verba hæc præmittit et supponit : ut si persuaserit unicam solam substantiam supremam et maxime propriam esse, facilius de aliis rem conficiat : quasi de iis, quæ infra illam primam, et non proprie esse cogitentur. Maxime vero hoc ostendit progressu disputationis, cum sua de Filio et Spiritu sancto placita edisserit ; nusquam enim utitur veris nominibus, ne, ut ante dixi, naturæ consortium et communionem inter se, ipsis vocabulis etiam invitius mentibus nostris objiciat, sed sine propriis nominibus illorum mentionem facit is, qui docet, *ex verbis et nominibus idoneis et accommodatis animos audientium ad rei veritatem ducendos esse. At quale nomen accommodatius esse queat, quam quod ab ipsa veritate impositum est? Sed Evangelicis adversa in mundum introducere volens, non nominat Filium, sed substantiam, quæ per illam primam sit, et quæ post illam primas teneat. Quod autem hæc non alio consilio affirmet, quam ut sanam et orthodoxam de unigenito Filio opinionem ex mentibus hominum eximat, magis etiam patet et reliquis illius imposturis et machinamentis. Porro quoniam modus loquendi, quo usus est, ita comparatus videtur, ut is etiam, qui aliquid impie de Christo proferre non cupit, eo ut queat : propterea ego quoque tacitus nunc prætermitto eam, quæ est de Domino nostro, disputationem, extracta illius refutatione ex manifestissimis tantummodo blasphemis contra Spiritum sanctum, quem aperta et nullo verborum involucro tecta blasphemiam aggreditur, dum eum dicit non ejusdem ordinis cum Patre et Filio cen-*

Τὸν μὲν οὖν σκοποῦν τῆς τῶν ὀνομάτων τούτων ἐπινοίας ἱκανῶς ἐκ τῶν εἰρημένων ὀνομασθαι πεφανερῶσθαι· ὅτι καθάπερ ὀρηγήριον, ἢ θεμέλιον τῆς πόλεως ἑαυτοῦ περὶ τὸ δόγμα κακουργίας, τὰ ῥήματα ταῦτα προὑποβάλλεται· ἵνα κατασκευάσας τὸ μόνον τὴν μίαν οὐσίαν ἀνωτάτω τε καὶ κυριωτάτην νομίσῃν, ῥαδίως κατατρέχῃ τῶν ἄλλων, ὡς ἐν ταῖς κάτω, καὶ μὴ κυριῶς θεωρουμένων. Δεικνυσι δὲ τοῦτο μάλιστα διὰ τῶν ἐξῆς, ἐν οἷς τὰ δοκοῦντα περὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διαλεγόμενος, οὐκ ἐπὶ τῶν ὀνομάτων ἐρχεται τούτων· ἵνα μὴ, καθὼς προεῖπον, τὸ οἰκεῖον τῆς φύσεως αὐτῶν ταῖς προσηγορίαις, καὶ μὴ βουλόμενος, παραστήσῃ· ἀλλ' ἀνώνομον αὐτῶν ποιεῖται τὴν μνήμην ὁ δογματίζων, ἀπὸ τῶν προσφώνων ὀνομάτων καὶ ῥημάτων δεῖν τὰς τῶν ἀκούοντων διανοίας προσάγεσθαι. Καίτοι τί προσφεύστερον ὄνομα τοῦ παρ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας ὀνομασμένου; Ἀλλ' ἀντιδογματίζει τοῖς Εὐαγγελίοις, οὐχ Υἱὸν ὀνομάζων, ἀλλὰ τὴν δι' ἐκείνην μὲν οὐσαν, μετ' ἐκείνης δὲ πάντων τῶν ὄντων πρωτεύουσαν. Τοῦτο δὲ, ὅτι μὲν ἐπὶ καθαιρέσει τῆς εὐσεβοῦς· περὶ τοῦ Μονογενοῦς ὑπολήψεις λέγεται, ἐκ τῆς λοιπῆς αὐτοῦ κατασκευῆς μᾶλλον φανερωθήσεται. Ἐπει δὲ μέσως ἔχειν δοκεῖ τὰ εἰρημένα, ὡς καὶ τὸν μηδὲν ἀσεβὲς περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγοντα, χρήσασθαι ἂν ποτε τοῖς ῥήμασι· τούτοις· διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς τὸν περὶ τοῦ Κυρίου λόγον νῦν ὑπερβῆσομαι, ταῖς φανερωτέραις κατ' αὐτοῦ βλασφημίαις ταμειουσάμενος τὴν ἀντίρρησην· περὶ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐπειδὴ φανερὰ καὶ ἀπαρακάλυπτον χρῆται τῇ βλασφημίᾳ, λέγων ἀσύντακτον εἶναι Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ἀμφοτέροις δὲ ὑποτεταγμένον, ἤδη καθόσον οἷός τε ὦ, ἐξετάσω τὸν λόγον.

eum dicit non ejusdem ordinis cum Patre et Filio cen-

Τὶ τοίνυν τῆς ὑποταγῆς ἐστὶ τὸ σημαινόμενον καὶ ἐπὶ τίνων ἢ θεῶν Γραφῇ τῷ τοιοῦτῳ προσχρῆται ῥήματι, πρῶτον κατανοήσωμεν. Τιμῶν τὴν ἀνθρώπων τῷ κατ' εἰκόνα γεγενῆσθαι τοῦ κτίσαντος, πάσαν αὐτῷ

τὴν ἄλογο· φύσιν ὑπέταξεν ὁ κτίσας Θεὸς, καθὼς ὁ
 μέγας Δαβὶδ ἐν ὕμνοις τὴν χάριν αὐτὴν διεξιὼν
 ἐνευφήμησε. Πάντα γὰρ, φησὶν, ὑπέταξεν ὑπο-
 κάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ· καὶ ἐπ' ὀνόματος μέμνη-
 ται τῶν ὑποτεταγμένων. Ἔστι πάλιν ὑποταγῆς παρὰ
 τῆς εἰς Γραφῆ καὶ ἄλλο τὸ σημαινόμενον. Τῶν γὰρ
 ἐν τοῖς πολέμοις κατορθωθέντων αὐτῷ, τῷ Θεῷ τῶν
 ὤμων ἀνατιθεὶς τὴν αἰτίαν, Ὑπέταξε λαοὺς, φησὶν,
 ἡμῖν, καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν· καὶ πάλιν,
 Ὑποτάσσω λαοὺς ὑπ' ἐμέ. Καὶ πολλάκις ἔστι
 τὴν φωνὴν αὐτὴν ἐν ταῖς θείαις εὐρεῖν Γραφαῖς, τὸ
 κατὰ τῶν ἀντιτεταγμένων κράτος ἀποσημαίνουσαν.
 Τὸ γὰρ τοῦ Ἀποστόλου ἐπὶ τῆς ἐν ὑστέρω γενησο-
 μένης ὑποταγῆς πάντων τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸν Μο-
 υσηνῆ, καὶ δι' αὐτοῦ πρὸς τὸν Πατέρα, ἐν οἷς ἐν τῷ
 βῆθει τῆς σοφίας τὸν μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων
 αὐτὸν ὑποτάσσεσθαι τῷ Πατρὶ λέγει (τὴν πάντων
 ἀνθρώπων ὑπακοήν, διὰ τῆς τοῦ Υἱοῦ μετεσχηκότος
 τῆς ἀνθρωπότητος πρὸς τὸν Πατέρα ὑποταγῆς αἰνι-
 σόμενος), ὡς πλείονος καὶ φιλοπονωτέρας δεόμενον
 τῆς ἐξηγήσεως, πρὸς τὸ παρὸν ὑπερθήσομαι. Ἄλλ'
 ἐν τοῖς προδῆλοις, ἐν οἷς οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν τὸ τῆς
 ὑποταγῆς σημαινόμενον ἔχει, κατὰ τίνα νοῦν ὑπο-
 τετάχθαι τὴν τοῦ Πνεύματος οὐσίαν τῆ τοῦ Υἱοῦ
 καὶ τοῦ Πατρὸς ἀποφαίνεται; Ὡς Υἱὸς τῷ Πατρὶ
 ὑποτάσσεται, καθὼς νοεῖ ὁ Ἀπόστολος; Οὐκοῦν κατὰ
 τοῦτο συντάσσεται τῷ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα, οὐχ ὑποτάσ-
 σεται, εἴπερ τὰ δύο πρόσωπα τῶν ὑποταττομένων
 ἐστίν. Ἡ οὐχ οὕτω (πῶς οὖν ἐτέρως), ὡς τῆ λογικῆ
 φύσει τὴν ἄλογον ἐν τῷ ψαλμῷ μεμαθήκαμεν; Οὐκοῦν
 τοσοῦτον παρήλλακται, ὅσον ἡ τῶν κτηνῶν πρὸς
 τὸν ἀνθρώπων. Ἄλλὰ περιγράφεται καὶ τοῦτον ἴσως
 τὴν λόγον; Οὐκοῦν ἐπὶ τὸν λειπόμενον ἤξει· ὅτι ἀντι-
 τεταγμένη καὶ ἀντιστρατοῦσα τὸ πρότερον, μετὰ
 ταῦτα διὰ βεβαιότερας ἀνάγκης ὑποκύπτειν κατ-
 ηγαγκάσθη τῷ κατισχύσαντι.

abnuet? Ad reliquam ergo veniat oportet, ut scilicet ita subijci dicat, quo pacto is, qui repugnat et reluctatur, subijci solet tunc, cum a potentiore

Ἐπιλεξάσθω τῶν εἰρημένων ὃ βούλεται· ἀλλ' οὐκ
 οἶδα τί τούτων ἐλόμενος, τὴν ἀφυκτον κατὰκρυσιν τῆς
 βλασφημίας ἐκρεύξεται· εἴτε ἐν ἴσῳ τοῖς ἀλόγοις
 ὑποτετάχθαι λέγει τὸ Πνεῦμα, ὡς τῷ ἀνθρώπῳ τοὺς
 ἰθῦς, καὶ τὰ πετεινά, καὶ τὰ πρόβατα· εἴτε καθ'
 ὁμοίτητα τῶν ἀφεστώτων ὡςπερ αἰχμάλωτων προσ-
 ἄγοι τῷ πλεονεκτοῦντι κατὰ τὴν δύναμιν. Ἡ τούτων
 μὲν οὐδὲν, φησὶ δὲ μὴ κατὰ τὴν τῆς Γραφῆς ἔνοιαν
 τῷ τῆς ὑποταγῆς ῥήματι χρῆσασθαι, ἀλλὰ καθ'
 ἔπερον σημαινόμενον ὑποτετάχθαι τὸ Πνεῦμα τῷ
 Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ λέγειν. Τί οὖν ἔστι τοῦτο; Ἄρα
 ἔτι τρίτον κατὰ τὴν τάξιν ἦν παρὰ τοῦ Κυρίου τοῖς
 μαθηταῖς παρεδόθη, διὰ τοῦτο ὑποτάσσειν νομοθετεῖ,
 καὶ οὐ συντάσσειν; οὐκοῦν καὶ τὸν Πατέρα τῷ Μο-
 υσηνῆ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ὑποτασσεῖται· ἐπειδὴ
 πολλοῦ προτάξασα τοῦ Κυρίου τὸ ὄνομα ἡ θεία
 Γραφή, ἐν δευτέρους τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ τὴν μνη-
 μὴν πεποιήται. Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ, φησὶν ὁ Κύριος·
 τὸ καθ' ἑαυτὸν προτάσσω. Καὶ, Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου

A et similitudinem sui creatoris effecisset ¹⁴, omnem rationis expertem creaturam subiecit illi conditor Deus. Quemadmodum magnus etiam David in Psalmis hanc gratiam Dei enarrans decantavit, *Omnia*, inquit, *subiecit sub pedibus ejus* ¹⁵, et deinceps nominatim exsequitur illa, quæ ei sunt subjecta. Præterea aliud subjectionis in sacris Litteris reperitur significatum; rerum enim in bello feliciter ab ipso gestarum causam Deo universorum ascribens B. David: *Subiecit populos nobis*, inquit ¹⁶, *et gentes sub pedibus nostris*; iterumque: *Qui subiecit populos mihi*. Sæpiusque invenire est vocem hanc in sacra Scriptura ea notione, qua significat dominationem in adversarios partam: nam illud Apostoli de futura sub fine mundi subiectione omnium hominum, qua Unigenito subiecientur, et per ipsum Patri, cum non absque recondita sapientia dicit: ipsum etiam mediatorem Dei et hominum Patri subjectum iri ¹⁷, insinuans, videlicet omnium hominum erga Patrem obedientiam per Filium humanitatis nostræ participem: in præsentia prætermittendum censeo, quippe quod longiore et accuratior declaratione egeat. Non discedam a perspicuis, iisque in quibus nulla ambiguitas de significato subjectionis residet. Quo igitur sensu docet, Spiritus substantiam, Patris et Filii substantiæ subjectam esse? Num ut Filium Patri subijcitur, quomodo subjectionis vocabulum usurpat Apostolus? Sequitur ergo, quoad hoc Spiritum sanctum Filio non subijci, sed ejusdem potius cum illo ordinis esse, siquidem duæ personæ sunt, quæ subijciuntur? An non hoc sensu? Quo igitur alio? Num ut rationali naturæ rationis expertem subijci ex psalmo didicimus? Igitur tantum differt, quantum subjectio brutorum respectu hominis. Sed forte hanc quoque notionem coactus sese submittit, victusque manus præbet.

Eligat ex dictis, quidquid voluerit, non satis dispicio, quoniam eorum electo, inevitabilem prolatae blasphemie causa damnationem effugere queat, sive dicat Spiritum subijci ad modum, quo subijciuntur bruta animantia homini, pisces nimirum, volucres et oves, sive ad modum eorum, qui ab imperio defecerunt, eum, velut captivum, adduxerit ad ejus solium, qui viribus et armis prævalens victoriam obtinuit. At nihil horum affirmabit, sed respondebit potius se subjectionis vocabulo, non ex Scripturæ præscripto et significato usum esse, sed alia quadam notione Spiritum sanctum subjectum esse Patri et Filio. Quæ igitur hæc est notio? An quia tertio loco in ordine verborum, quæ discipuli a Domino acceperunt ¹⁸, collocatus est, ob id docet eum subijci, et non ejusdem cum illis esse ordinis? Eadem ratione Patrem quoque unigenito Filio subijciat, cum Scriptura sæpe Domini nomine prius posito, secundo demum loco Dei, qui

¹⁴ Gen. i, 25. ¹⁵ Psal. viii, 8. ¹⁶ Psal. xlvii, 4 sqq. ¹⁷ I Cor. xv, 24. ¹⁸ Matth. xxviii, 19.

est super omnia, mentionem faciat. Ego et Pater, A inquit Dominus²⁹, præposito utique suo nomine. Et : Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei³⁰ : et infinita talia occurrent Scripturæ studiosis, qui talia testimonia colligere volent. Cujusmodi est et illud : Divisiones gratiarum sunt, idem vero Spiritus; et divisiones ministeriorum sunt, idem vero Dominus; et divisiones operationum sunt, idem vero Deus³¹. Itaque secundum istam rationem subjectus est Filio et Spiritui sancto ipse super omnia Deus, tertio loco a Paulo recensitus. Sed hactenus ejusmodi philosophiam nunquam audivimus, quæ secundum et tertium, ex consecutione quadam positum et pronuntiatum conjiciat in ordinem eorum, quæ alteri sunt subjecta et obnoxia, et tamen iste enumerationem personarum, ex serie et consecutione quadam, contendit esse naturarum majorem et minorem præstantiam. Ordinis enim seriæ docet esse argumentum diversitatis naturarum, nescio a quo in hæc inania signa inductus, et qua etiam necessitate compulsus in hanc sententiam descenderit; nam ordo numeri non efficit naturarum diversitatem. Sed res numeratæ suam quidem naturam invariata retinent, sive numerentur, sive non. Numerus autem signum est, quo rerum quantitas innotescit; neque ea, quæ inferioris naturæ sunt, in secundam quasi classem reponit; sed arbitrio eorum, qui numerant, res numero significatas, immutata quadam serie disponit et ordinat. Paulus et Sylvanus et Timotheus³². Cum trium hominum hic, ordine quodam, arbitrato ejus, qui numeravit mentionem fecerit, Sylvanumque secundo loco post Paulum posuerit : num aliud quid, et non hominem, Sylvanum esse demonstravit? Et num Timotheus tertio ordine collocatus, alterius cujusdam naturæ erit propter ordinem orationis ejus, qui tres istos nominavit? Minime vero. Quivis enim illorum homo est, et ante et post numerationem. Oratio autem cum unica voce tres simul significare nequeat, uniuscujusque divisim, ordine, quo lubet, mentionem facit : conjungitque nomina copulis et nexibus interjectis, et trium, ut arbitror, cum uno consensum et convenientiam hac nominum compositione ostendit.

Verum hæc novo huic sectario et doctori non D placent. Itaque ordini et dispositioni divinorum oraculorum adversa sancit, eumque qui ab ipso Domino Patri et Filio conjunctus est, avellit a naturali et propria quasi statione et ordine, rebusque subjectis annumerat, et amborum opus esse dicit : Patris quidem ut causam effectationis illius subministrantis; unigeniti vero Filii, tanquam ejus, qui efficiat illius hypostasim et subsistentiam, hancque causam subjectionis esse confirmat, cum tamen subjectionis significatum nondum nobis explanarit.

Deinde dicit : *Comprehensibilis videlicet ad totius*

ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ· καὶ μυστα τοιαῦτα τοῖς φιλοπόνοις ἀναζητοῦσι τὰς ἐκ τῶν Γραφῶν μαρτυρίας πάρεστιν ἀναλέξασθαι, οἷον ἐκεῖνο ἐστίν· Διαφρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσι, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα· καὶ διαφρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὃ δὲ αὐτὸς Κύριος· καὶ διαφρέσεις ἐνεργημάτων εἰσιν, ὃ δὲ αὐτὸς Θεός· ὥστε κατὰ τὸν λόγον τοῦτον ὑποτετάχθω τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ Πνεύματι ὃ ἐπὶ πάντων Θεός, ἐν τρίτῃ τάξει παρὰ τοῦ Παύλου μνημονευθεῖς. Ἄλλ' οὐδέπω καὶ νῦν ταύτης ἀπὸ κλάμεν τῆς σοφίας· ἢ τὸ δεύτερον καὶ τρίτον ἐκ τινος ἀκολουθίας λεγόμενον, εἰς τὴν τῶν ὑποχειρίων καὶ ὑποτεταγμένων ἀπωθεῖται τάξιν. Ὅπερ οὗτος βούλεται τὴν τῆς παραδόσεως τῶν προσώπων ἀκολουθίαν, ἀξιωματῶν, καὶ φύσεων, ὑπεροχὰς τε καὶ ἐλαττώσεως κατασκευάζων ἐνδείκνυσθαι. Τῆς γὰρ τῶν φύσεων ἑτερότητος ἐνδεικτικὴν εἶναι τὴν τῆς τάξεως ἀκολουθίαν ὀρίζεται, οὐκ οἶδα πῶθεν φαντασθεὶς τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐκ ποίας ἀνάγκης ἐπὶ τὴν ὑπόνοιαν ταύτην καταπέσειν. Οὐ γὰρ ἢ κατὰ τὸν ἀριθμὸν τάξις τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν κατεργάζεται· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀριθμούμενα, ὡς ἂν ἐξη φύσεως ἐφ' ἑαυτῶν μένει· καὶ ἀριθμῆται, καὶ μὴ ὃ δὲ ἀριθμὸς σημεῖον ἐστὶ γνωριστικὸν τῆς τῶν πραγμάτων ποσότητος· οὐ πάντως ὅσα τῷ ἀξιωματι τῆς φύσεως ὑποβέβηκεν εἰς δευτέραν τάξιν ἀποπεμπόμενος, ἀλλὰ πρὸς τὸ βούλημα τῶν ἐξαριθμούντων, τὴν τῶν σημαινόμενων τοῦ ἀριθμοῦ πραγμάτων ἀκολουθίαν ποιούμενος· Παῦλος καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος· τριῶν προσώπων ἐνταῦθα μνημονευθέντων, κατὰ τὸ τοῦ μνημονεύσαντος βούλημα. Ἄρα τὸ, Σιλουανὸν, ἐν δευτέροις ταχθέντα μετὰ τὸν Παῦλον, ἄλλο τι, καὶ οὐχ ἄνθρωπον ὁ ἀριθμὸς ἐνεδείξεται; ἢ ὁ Τιμόθεος ἐν τρίτοις ταχθεὶς, εἰς ἑτεροστῆτά τινα φύσεως ἐκ τῆς ἀκολουθίας τοῦ μνημονεύοντος οὕτως ὑπενοήθη; Οὐκ ἐστὶ ταῦτα. Ἄνθρωπος γὰρ τούτων ἕκαστος, καὶ πρὸ τοῦ ἀριθμοῦ, καὶ μετὰ τοῦτο· ὃ δὲ λόγος ἐπειδὴ μὴ φωνῆ τοὺς τρεῖς κατὰ ταυτὸν ἦν ἀδύνατον ἐνδείξασθαι, μένηται μὲν διηρημένως ἕκαστος κατὰ τὴν ἀρέσασαν τάξιν, συνάπτει δὲ τὰ ὀνόματα διὰ τῶν διὰ μέσου συνδέσμων, ὡς ἂν, σῆμαι, τὴν τῶν τριῶν πρὸς τὸ ἐν σύμπνοιαν διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων συναφείας ἐνδείξεται.

Ἄλλ' οὐχ οὕτως ἀρέσκει τῷ καινῷ δογματιστῇ. Ἀντινομοθετεῖ δὲ τῇ διατάξει τῆς θείας φωνῆς· καὶ τὸ συντεταγμένον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, τῆς οικείας αὐτῷ καὶ κατὰ φύσιν τάξεως καὶ συναφείας ἀποσχοίνισας, ἐν τοῖς ὑποτεταγμένοις ἠρθθησε, καὶ ἔργον ἑκατέρων εἶναι φησι· τοῦ μὲν Πατρὸς, ὡς τὴν αἰτίαν τῆς κατασκευῆς ὑποβάλλοντος· τοῦ δὲ Μονογενοῦς, ὡς αὐτουργήσαντος αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν, καὶ ταύτην αἰτίαν εἶναι τῆς ὑποταγῆς διορίζεται, αὐτῆς μήπω τῆς ὑποταγῆς ἐκκαλύψας τὸ σημαινόμενον.

Εἰτά φησι· Συμπεριλαμβανομένων δηλαδὴ καὶ τῶν ταῖς οδοῖαις ἐπομένων ἐνεργειῶν, καὶ τῶν

²⁹ Joan. 1, 30. ³⁰ II Cor. XIII, 13. ³¹ I Cor. XII, 4 sqq. ³² I Thess. 1, 1.

ταύταις προσφώνων ὀνομάτων. Τούτων δὲ ὁ νοῦς ἴσται μὲν οὐ λαν εὐσύντατος, πολλῶ τῷ γνόφῳ τῆς ἀσεβείας κεκαλυμμένος· ὡς δ' ἂν τις εἰκάσας ὑπονόησται, τοιούτως ἔστιν· Ἐνεργείας οὐσιῶν ὀνομάζει τὰς ἀποτελεσματικὰς, ὡς οἶμαι, τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δυνάμεις· δι' ὧν ἡ πρώτη οὐσία τὴν δευτέραν ἐργάσατο, καὶ ἡ δευτέρα τὴν τρίτην· καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ἀποτελεσθέντων ἔργων προσφωῶς συγκατασκευάσθαι τοῖς ἔργοις φησίν· ἀλλὰ τὴν μὲν περὶ τὰ ὀνόματα κακουργίαν ἤδη τε κατὰ τὸ δυνατόν ἐξητάσαμεν· καὶ ὅταν εἰς ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς ἐξετάσεως ἐλθωμεν, ἐάν ὁ λόγος ἐπιζητῆ, πάλιν προσθήσομεν.

eo vacaverit, si necessitas postulet, rursus patefaciemus.

Τίως δὲ νῦν ἀξιῶν ἔστι λογιῶσθαι· πῶς ἔπονται ταῖς οὐσίαις αἱ ἐνεργεῖαι; τί οὔσαι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν; ἄλλοτε παρὰ τὰς οὐσίας αἰς παρέπονται, ἡ μέρος ἐκείνων καὶ τῆς φύσεως; καὶ εἰ μὲν ἄλλο, πῶς ἢ παρὰ τίνος γινόμεναι; εἰ δὲ τὸ αὐτὸ, πῶς ἀποτεμνόμεναι, καὶ ἀντὶ τοῦ συνυπάρχειν αὐταῖς ἔξωθεν παρεπόμεναι; Οὐδὲν γὰρ ἀπλῶς οὕτως ἐκ τῶν ἐρημέων ἔστι μαθεῖν· πάτερον ἀνάγκης τινὸς φυσικῆς ἀπροαιρέτως τὴν ἐνεργείαν, ἥτις ποτὲ αὐτὴ ἴσται ἀκολουθεῖν τῇ οὐσίᾳ βιαζομένης, ὡς ἔπεται τῷ κυρίῳ ἢ καῦσις, καὶ οἱ φημοί, καὶ αἱ ἀναθυμιάσεις τοῖς ἀέρι· ὧν καὶ αὐτὰ γίνονται σώμασιν; Ἄλλ' οὐκ ἀνάγκη οἶμαι τοῦτο εἰπεῖν· ὥστε ποικίλον τι χρῆμα καὶ σύνθετον νομίζειν τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν, ἀχώριστον ἔχουσαν καὶ συνεπιθεωρουμένην ἐαυτῇ τὴν ἐνεργείαν, ὥς τι συμπεθεῶς ἐν ὑποκειμένῳ δεικνύμενον· ἀλλὰ προαιρετικῶς καὶ αὐτεξουσίως κινούμενος τὰς οὐσίας τὸ δοκοῦν φησὶ κατ' ἐαυτὰς ἀπεργάζεσθαι. Καὶ τίς τὸ ἐκ προνοίας ἐκουσίως γινόμενον, ὡς τι τῶν ἔξωθεν ἀπακολουθούτων ἔπασθαι λέγει; Οὐδὲ γὰρ κατὰ τὴν κοινήν συνήθειαν ἐπὶ τῶν τοιούτων ἔγνωμεν τετριμμένην τὴν λέξιν· ὥστε τὴν ἐνεργείαν τοῦ περὶ τι ποιοῦντος ἀκολουθεῖν τῷ ποιοῦντι λέγειν. Οὐδὲ γὰρ ἔστι δυνατόν τὸ ἕτερον τοῦ ἐτέρου διαζεύξαντα, καταλαθεῖν ἐφ' ἐαυτῷ τὸ λειπόμενον· ἀλλ' ὁ τὴν ἐνεργείαν εἰπών, τὸ κατ' αὐτὴν κινούμενον τῷ λόγῳ συμπεριέλαβε· καὶ ὁ τοῦ ἐνεργούντος μνησθεὶς, καὶ τὴν ἐνεργείαν πάντως κατὰ τὸ συμπύκνωτον συνησθήσανε. Σαφέστερον δὲ διὰ τῶν ὑποδειγμάτων τὸ λεγόμενον ἔσται· Κατακτεῖναι τινὰ λέγομεν, ἢ τεκταίνεσθαι, ἢ ἄλλο τι ἐνεργεῖν τῶν τοιούτων. Οὐκοῦν τῇ μιᾷ φωνῇ, τὴν τε ἐργασίαν, καὶ τὴν μετιόντα τὴν τέχνην κατὰ ταυτὰν ὁ λόγος παρέστησεν, ὥστε εἰ χωρισθεῖ τὸ ἕτερον, μὴ ἂν ὑποσθῆναι τὸ λειπόμενον. Εἰ οὖν τὰ δύο μετ' ἀλλήλων νοεῖται, αὐτὴ τε ἡ ἐνεργεία καὶ ὁ κατ' αὐτὴν κινούμενος, πῶς ἐναυθῆα ἔπασθαι λέγεται τῇ οὐσίᾳ τῇ πρώτῃ ἢ τὴν δευτέραν οὐσίαν ἀπεργαζομένη ἐνεργεία, μεσιτεύουσα πῶς δι' ἐαυτῆς ἀμφοτέροις, καὶ ὅτε τῇ πρώτῃ κατὰ τὴν φύσιν συμβαίνουσα, ὅτε πρὸς τὴν δευτέραν οὐσαπτομένη; Τῆς μὲν γὰρ κενώρηται τῷ μὴ φύσει εἶναι, ἀλλὰ φύσεως κίνησις· τῇ δὲ μετ' ἐαυτὴν οὐ συμβαίνει· ὅτι οὐ ψιλὴν ἐνεργείαν, ἀλλ' ἐνεργῶν οὐσίαν δι' ἐαυτῆς ὑπεστήσατο.

orationis complementum etiam operationibus, quæ manant ex substantiis, nominibusque, quæ illis competunt. Harum orationum sensus non est intellectus facilis, quippe multa impietatis caligine tectus: videtur autem, quantum quidem conjectura assequi licet, ejusmodi esse: Operationes substantiarum productrices, ut puto, Patris et Filij facultates nominat, per quas prima substantia secundam produxit, et secunda tertiam, et nomina horum operum, quæ effecta sunt, apte et convenienter ipsis operibus imposita esse dicit. Caterum malignam versutiam, qua in ipsis nominibus usus est, jam pro virili patefecimus: et quotiescunque materia nos

Nunc par est disquirere, quomodo operationes sequantur ex substantiis, et quidnam sint secundum suam propriam naturam. Nunquid aliud sunt a substantiis, ex quibus effluunt? Nam pars illarum et naturæ? et si quidem aliud sunt: quomodo, aut a quo effectæ sunt? Si vero idem sunt, quomodo se junctæ sunt, ita ut neque insint, sed extrinsecus substantiam comitentur? Nihil enim horum ex dictis perspicue satis intelligitur. Num necessitate quædam naturali cogente operationem, qualiscunque demum illa sit, sequi ad substantiam, sublata omni libertatis ratione, quemadmodum ustio et vapor ad ignem, et exhalationes ad corpora, ex quibus existunt, consequuntur? Sed non arbitror illum hoc velle: ut sibi persuadeat divinæ naturam esse quid compositum et varium, quæ inseparabilem a se operationem contineat, quamque necesse sit in ipsa Dei substantia, quasi insitam concipere: tanquam accidens in subjecto; quia dicit substantias istas ex certo consilio et libero iocoveri ad agendum quidvis arbitrato suo. Et quisnam illud, quod ex proposito et libere suscipitur, sequi ait instar eorum, quæ extrinsecus ad substantiam sequi solent? Neque enim communi hominum consuetudine hoc sensu hunc loquendi modum usurpatum novimus, ut scilicet operationem ejus, qui circa aliquam rem occupatur, et laborat, sequi quis dicat ad substantiam ejus, qui operatur. Nec fieri potest, ut qui alterum ab altero sejungit, separatim et per se solum, quod relinquitur, accipiat; sed qui operationem nominat, is etiam id, quod per operationem cietur, animo comprehendit, et qui operantis mentionem facit, ille omnino tacite operationem quoque significavit. Fiet autem id quod asserimus dilucidius exemplis. Dicimus igitur aliquem æs malleo tundere, vel fabricare, vel aliud quiddam de genere eodem agere. Igitur uno vocabulo et ipsam operationem et opificem operatio repræsentavit: ita ut si alterum sejungatur, alterum subsistere nequeat. Si igitur duo hæc simul intelliguntur, operatio videlicet, et is qui operatione illa agit, quomodo affirmat iste ad primam substantiam sequi illam operationem, qua prima secundam substantiam effinxit, ut sit media quodammodo inter utramque, et neque primæ secundam

dum naturam congruens, neque cum secunda copulata? Nam ab illa separata est, quod non sit natura, sed naturæ quædam motio; alteri vero, quam post se reliquit, non competit, quia non nudam operationem, sed substantiam agendi facultate præditam, seipsa produxit.

Deinde hoc etiam disquisitione dignum censeo: Opus substantiæ vocat substantiam: secundam quidem primæ, rursus secundæ tertiam. At qua ratione hoc demonstravit? Quas probationes ad hoc ostendendum adhibuit? ex qua methodo et arte evicit, credi debere posteriorem esse prioris opus? Si enim ex his, quæ in hac rerum universitate visuntur, de his etiam ratiocinandum esset: neque sic quidem deceret, ex his caducis et in imo positis conjecturam de illis sublimioribus facere: sed tamen veniam mereretur, quisquis his, quæ ob oculos observantur, inductus, erraret circa illa, quæ comprehendere nequeunt. Nunc vero quis affirmare ausit, cælum esse quidem opus Dei, cæli vero solem? Solis lunam, hujus stellas, et harum aliam quamdam ex rerum creaturarum numero? Omnia enim unius sunt opera, cum sit *unus Deus et Pater omnium, ex quo omnia*²¹. Quod si quædam ex se mutuo fiunt, ut, exempli causa, animalium generatio; neque sic aliud ex alio fit, manente eadem, in his quæ gignuntur, natura. Qua igitur ratione id, quod nec in rebus creatis invenitur, illi supremæ naturæ attribuit, primæ videlicet substantiæ secundam esse opus, et hujus sequentem? Quod si inspecto animalium ortu permotus est, ut simile quid de illibata illa, et intemerata natura decerneret, prioris scilicet opus quoddam esse posteriorem, ne sic quidem rebus convenienter sentit. Nam quæ ex se invicem gignuntur, ea ejusdem omnino naturæ sunt, cum illis, ex quibus gignuntur. Iste autem alienam et peregrinam naturam affligit illis, qui ex se mutuo nati sunt, ut patefaciat mendacii vanitatem, et tanquam ambidexter pugil gemino ictu veritatem appetat. Ut enim subjectionem dignitatisque naturalis Filii et Spiritus sancti inminutionem stabiliat, alterum ex altero editum dicit. Ne vero dum hæc asserit, in cognitionem ejusdem existentis in eadem natura deveniant illi qui generationem ex se invicem intelligunt, cum ipsa naturæ ratione pugnat, dum alterum ex altero progeneratum concedit; diversæque naturæ, et quasi spuris eum, qui natus est, a suo genitore efficit.

Cæterum, quod mihi ante omnia dignum reprehensione videtur, hoc est: Si aliorum quispiam docendi imperitus, et in his exercitationibus rudis et hospes sententiam suam, prout res tulisset, enuntiasset, merito ei ignosceremus, quod hujusmodi apparatu ad stabilienda dogmata usus esset. At cum iste ea facultate polleat, ut et ad ea quæ longe supra naturam nostram posita sunt, investiganda perspicacitate sua sese extendat, quoniam modo ignoravit principium, quo in his rerum occultarum disquisitionibus indagatio instituitur?

A Εἶτα κάκεινο τοῦτοις προσεξετάσωμεν. Ἔργον ὀνομάζει τῆς οὐσίας τὴν οὐσίαν· τὴν μὲν δευτέραν τῆς πρώτης· τῆς δὲ δευτέρας πάλιν, τὴν τρίτην. Τίνι τρόπῳ προαποδείξας τὸν λόγον; τίσι κατασκευαῖς εἰς τοῦτο χρῆσάμενος; ἐκ ποίας μεθόδου τὸ δεῖν ἐνέργειαν τῆς προλαβούσης τὴν ἐφεξῆς εἶναι πιστεύειν συναναγκάσας; Εἰ μὲν γὰρ ἐκ τῶν λοιπῶν τῶν ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένων ἔδει καὶ περὶ τούτων ἀναλογισασθαι, εἶχε μὲν οὐθ' οὕτως καλῶς ἐκ τῶν κατωτέρων καὶ τῶν ὑπερκειμένων στοχάζεσθαι· πλὴν ἀλλ' εἶχέ τι συγγνωστὴν ἰσως ὁ λόγος, διὰ τῶν φαινομένων ἐν τοῖς ἀκαταλήπτοις πλανώμενος. Νυνὶ δὲ τίς τοῦτο λέγειν ἐπιχειρήσει, ὅτι οὐρανὸς μὲν ἔργον Θεοῦ, οὐρανοῦ δὲ ἥλιος· καὶ ἡλίου σελήνη, καὶ ταύτης ἀστέρες, κάκεινων ἄλλο τι τῶν ἐν τῇ κτίσει;

B Ἐνδὲ γὰρ ἔργα τὰ πάντα, ἐπειδὴ εἰς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων, ἐξ οὗ τὰ πάντα. Εἰ δὲ τι καὶ δι' ἀλλήλων γίνεται, ὡς περὶ τῶν ζῶων γένεσις, οὐδὲ τοῦτο ἕτερον ἐξ ἐτέρου γίνεται, διαμενούσης ἐν τοῖς ἐπιγινόμενοις τῆς φύσεως. Πῶς οὖν ἐπ' οὐδενὸς τῶν ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένων ἔχων τὸ τοιοῦτον εἰπεῖν, ἐπὶ τῆς ὑπερκειμένης οὐσίας τοῦτο κατασκευάζει, τὸ ἔργον εἶναι τὴν δευτέραν τῆς πρώτης, καὶ ταύτην τῆς ἐφεξῆς; Εἰ δὲ τὴν ζωὴν γένεσιν ἐνοήσας, ἐντεῦθεν ἐφαντάσθη καὶ περὶ τῆς ἀκηράτου φύσεως ὁμοίωτρόπον τι λογισασθαι, ὡς τε ἔργον νοηθῆναι τὸ ἐφεξῆς τοῦ προάγοντος, οὐδ' ἐν τούτῳ τὸ ἀκόλουθον διασώζει τοῦ λόγου. Τὰ γὰρ ἐξ ἐτέρων γινόμενα, ὁμοιογενῆ πάντως ἐστὶ τοῖς ἐξ ὧν γίνεται. Ὅ δὲ τὸ ξένον τε καὶ ἀλλόφυλον τοῖς δι' ἀλλήλων γεγεννημένοις προσμαρτυρεῖ, ἵνα δείξῃ τὴν περιουσίαν τοῦ ψεύδους, ὡς περὶ δεξιὸς ἀγωνιστῆς διπλῆ τῇ χειρὶ βάλλειν ἐπιχειρῶν τὴν ἀλήθειαν. Ἴνα γὰρ τὸ ὑφειμένον καὶ κατὰ τὴν φυσικὴν ἀξίαν ἡλαττωμένον τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος ἐπιδείξῃ, ἕτερον ἐξ ἐτέρου γενόμενον λέγει· ὡς μήποτε εἰς οικειώτερος ἔνοιαν ἐκ τοῦ τοιοῦτου τρόπου τῆς ὑπάρξεως ἔλθοιεν οἱ τὴν ἐξ ἀλλήλων γένεσιν μεμαθηκότες, καὶ αὐτῷ μάχεται τῷ τῆς φύσεως λόγῳ, καὶ ἕτερον ἐξ ἐτέρου γενέσθαι λέγων, καὶ νόθον τὸν γεγεννημένον, ὡς πρὸς τὴν τοῦ γεγεννηχότου φύσιν, ἀποφαινόμενος.

D Ὅ δὲ μοι δοκεῖ πρὸς τούτων ἂν τις εἰκότως μέμφασθαι, τοῦτο ἐστίν· Εἰ μὲν τῶν ἄλλων τις ἦν ἐν ἀπειρίᾳ τοῦ λέγειν ἀτριβῆς τῶν τοιοῦτων κατασκευῶν, καὶ ἀγύμναστος, ἔπειτα τὸ παραστὰν αὐτῷ κατὰ τὸ συμβὰν ἀπεφαίνετο, συγγνωστὸς ἂν ἰσως ταῖς ν. νομισμένοις περὶ τούτων ἐφόδοις εἰς τὴν τῶν δογματικῶν κατασκευὴν μὴ συγχρώμενος. Ἐπεὶ δὲ τοσοῦτον αὐτῷ περίεστι τῆς ἐν τούτῳ δυνάμεως, ὡς τε καὶ εἰς τὰ ὑπερέκεινα τῆς φύσεως ἡμῶν διὰ τῆς καταληπτικῆς ἐφόδου ὑπερκετείνεσθαι, πῶς ἠγνόησε τὴν ἀρχὴν, δι' ἧς παντὸς κεκρυμμένου πράγματος ἐν ταῖς

²¹ I Cor. viii, 6.

λογικαὶς ταύταις ἐπιχειρήσεσιν ἡ κατάληψις γίνεται; Α Quis enim nescit orationem ex manifestis perspicuisque ductam conciliare fidem illis, de quibus ambigitur: neque in cognitionem rerum ignotarum et abstrusarum nos pervenire, nisi quæ plerumque conceduntur et approbantur, ad rerum incertarum perspicentiam nos quasi manu ducant? Si vero ea quæ in principio disputationis, ad ignotas res notificandas adhibuimus, communi hominum sensui repugnent, ægre profecto id, quod in dubio versatur, atque adeo penitus negatur, illis adhibitis explanabitur.

Αἰδέσθω δὲ τι καὶ κοινὸν ἔχειν ταῦτα πρὸς ἀπόδειξιν τῆς τῶν οὐσιῶν παραλλαγῆς· ταῦτα γὰρ ἐπιθυμῶ δὲ ὧν λέγει κατασκευάζειν· ἀλλὰ τὰ ἐφεξῆς πῶς συνήρτησε τοῖς εἰρημέτοις, ἀκούσωμεν. Ὅσφ, φησὶ, τὰ ἔργα τῶν ἔργων πρῶτον καὶ τιμιώτερα, τοσοῦτον καὶ τὴν ἐνέργειαν τῆς ἐνεργείας ἀναβεβῆναι φαίη ἂν τις εὐσεβῶς διανοοῦμενος. Ταῦτα μὲν· μὲν περὶ τῶν αἰσθητῶν λέγει, πόρῳ τῶν προεθέτων ἐστὶν ὁ λόγος· τίς γὰρ ἢ ἀνάγκη τὸν περὶ τῶν δογμάτων εἰπεῖν τι προθέμενον, περὶ τῆς τάξεως τῶν ἐν τῇ κοσμογονίᾳ δημιουργηθέντων φιλοσοφῆν, καὶ ὑψηλότερας, καὶ θειώτερας τὰς ἐνεργείας τοῦ πλάσματος πρὸς λόγον τῆς ἐκάστου τῶν γεγονότων πληκτικότητος εἶναι διασχυρίζεσθαι; Εἰ δὲ περὶ ἐκείνων ποιῆται τὸν λόγον, καὶ ἔργα ἔργων πρῶτον τε καὶ τιμιώτερα λέγει τὰ διαπλασθέντα παρ' αὐτοῦ, ἦν ἐν τῷ δόγματι, τοῦτ' ἐστὶ τὸν Ἰδὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τάχα καλῶς ἔχει, σιωπῇ μᾶλλον τὸν λόγον βελύξασθαι, ἢ διὰ τοῦ συμπλασθέντα τὸ δοκεῖν αὐτὸν, καὶ λόγον εἶναι κατασκευάσαι. Πῶς γὰρ ἂν εὐρθεῖη ἀτιμότερον, ἐν οἷς οὐκ ἐστὶ τὸ ἀτιμότερον; Εἰ μὲν γὰρ μέχρι τούτου τῇ πρὸς τὸ κακὸν εὐκολίᾳ, καὶ ἐπιμότῃ πρῶτον, ὥστε τοῦ ἀτιμότερου καὶ τὴν φωνὴν καὶ τὴν ἔννοιαν ἐπὶ τινος τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι διαπιστευομένων ὑπονοῆσαι, βῦσαι τὰ ὅσα προσήκει καὶ φυγεῖν, ὅση δύναμις, ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς· ὡς ἂν μὴ κοινωνία τις τοῦ μιάσματος γένοιτο τῷ ἀκούοντι· καθάπερ ἐξ ἀγγείου τινὸς πλήρους ἀκαθαρσίας εἰς τὴν τῶν ἀκούοντων καρδίαν μεταχρῶμένου τοῦ λόγου.

Πῶς γὰρ ἂν τις ἐπὶ τῆς θείας τε καὶ ὑπερκειμένης φύσεως εἰπεῖν τι τοιοῦτο τολμήσειε, δι' οὗ τὸ ἀτιμότερον συγκριτικῶς ὑπὸ λόγου κατασκευάζεται; Ἴτα πάντες, φησὶ, τιμῶσι τὸν Ἰδὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα. Τῆς οὖν φωνῆς ταύτης τὸ ἴσον τῆς τιμῆς νομοθετούσης· νόμος γάρ ἐστιν ἡ θεία φωνή· οὗτος καὶ τὸν νόμον καὶ τὸν νομοθέτην αὐτὸν παραγράφεται, καὶ τῷ μὲν πλείονα, τῷ δὲ ἐλάττωνα τὴν τιμὴν διανέμει, οὐκ οἶδα ὅπως τὰ μέτρα τοῦ πλεονάζοντος τῆς τιμῆς ἐξευρισκῶν· ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἀν-

A ex iis quæ in æthere lucent, perspicuam præ se fert impietatem; connexionem vero disputationis et ordinem probationum, ad hoc ipsum concludendum et demonstrandum, aio neque mihi, neque fortassis ipsi impietatis parenti satis liquere. Nam si ita de rebus creatis statuisset, cælum quidem opus esse supremæ cujusdam operationis, stellam vero operationis ejus, quæ naturam cœli sequitur, hujus autem angelum, et hujus hominem: potuisset fortassis oratio ejus aliquid evincere per similia allata argumenta. Si autem hæc omnia ipsemet ab uno effecta fatetur (nisi omnino sacrarum Litterarum oraculis contradicere velit), et tamen effectiois rerum illarum alium quemdam modum introducit, non apparet quomodo hæc cum præcedentibus cohæreant.

B Sed faciamus hæc apta esse ad demonstrandam diversitatem substantiarum: hoc enim obtinere cupit: attamen quomodo quæ sequuntur cum iis quæ supra disseruit, connexa sint, audiamus. Quanto igitur opera operibus digniora et præstantiora sunt, tanto etiam operationem ab operatione superari omnis ille non gravate dabit, qui pie de his cogitaverit: hæc enim si de rebus sub sensum cadentibus asserit, longe a proposito aberrat oratio; nam quæ necessitas cogit illum qui de doctrina fidei disputare ingreditur, disserere de ordine, quo res initio mundi fuerint dispositæ, Creatorisque operationes superiores et inferiores fuisse asserere pro perfectione ninimum rerum creaturarum? Quod si de illis sermonem facit, eaque opera operibus digniora et præstantiora dicit, quæ ipse nunc primum commentus est circa fidei doctrinam, hoc est, de Filio et Spiritu sancto, operæ pretium fortassis magis fuerit, silentio sententiam hanc exsecrari, ne ob refutationem videatur aliquid probabilitatis ac rationis habere. Quomodo enim in iis præstantius et dignius reperiat, ubi non invenitur minus præstans et minus dignum? Si enim sua ad improbitatem facilitate et alacritate eo usque processit, ut indignioris quoque vocem et notitiam in eorum aliquo, quæ in sanctissima Trinitate inesse creduntur, admittat, par est, ut obturatis auribus pro virili nostra parte fugiamus ab audiente mala: no communio aliqua tanti piaculi ad audientem transferat oratione, velut ex vase omnis impuritatis plenissimo in audientium animos transfusa.

Nam quomodo quis in divina illa et omnibus eminentiore natura tale aliquid fingere audeat, ut minus dignum per comparisonem in divinis adstruat? Ut omnes, inquit, honorificent Filium, quemadmodum honorificent Patrem⁸⁸. Cum igitur vox hæc æqualitatem honoris, quasi lege lata sanciat: lex enim est vox divina: iste et legem et legislatores ipsum traducit, et huic quidem majorem, huic vero minorem honorem impertitur, nescio ubinam majoris et minoris mensura reperta; in-

⁸⁸ Juan. v, 23.

hominum enim communi societate diversitas dignitatum honores itidem optimatibus dimetitur, ita ut subditi non eodem gestu et vultu adeant reges quo minores magistratus. Sed adeuntium major quidem et submissior timoris et reverentiæ significatio ostendit quoque majorem et minorem eorum qui honorantur dignitatem et excellentiam, quique dignitate priores sint, maxime declarat subditorum habitus et ad honorem exhibendum conformatio, quando quis proximis metuendus apparere, et majore reverentia, quam alii, affici cupit. In divina autem natura propter omnimodam bonitatis perfectionem, quæ in divino numine inest, ne secundum nostram quidem intelligendi rationem præcellentiam alicujus modum invenire licet. Quibus enim neque potentiæ, neque gloriæ, neque sapientiæ, neque benignitatis, neque alterius cujuscunque perfectionis excessus vel defectus adest, sed potius omnia bona, quæ Filium habet, Patris itidem sunt, et quæ Pater possidet, in Filio quoque reperiuntur: quam ratione honoris præ Filio prærogativam Patri tribuimus? Si regiam potestatem et excellentiam mente efformemus, rex est Filius: si judicem cogitemus, omne iudicium Filii est^{22, 23}; si magnitudinem creandi animo concipiamus, omnia per ipsum facta sunt²⁴: si in memoriam revocemus nostræ vitæ causam, novimus veram illam vitam, quæ usque ad nostram naturam sese demisit: si translationem ex tenebris nobis ob oculos ponamus, non ignoramus lumen verum, quo a tenebrarum caligine liberati sumus: quod si cui sapientia honorabilis videtur: en Christus Dei sapientia et virtus est²⁵.

Animo igitur nostro ad hæc et similia Christi miracula, prout par est, quantum valet, tantum mirifico quodam modo attendente, quinam honoris excessus, et quæ præ eminentia relinquere potest, quæ Patri soli spectatim et proprie competat, et cuius jure expers sit Filius? Nec humanum erga divinum numen honos recta ratione consideratus aliud est, quam affectio quædam amoris plena, et earum perfectionum, quæ illi insunt, confessio, mihi que videtur, ita honorandum esse Filium, sicut honoratur Pater, sub *dilectionis* nomine indicatum esse. Lex enim mandat, ut Deum ex toto corde et viribus diligamus, quo conveniens ei honor exhibeatur, et præceptum, quod hic æqualitatem dilectionis velut lege lata sancit, sic ait oportere Filium honorare, sicut honoratur Pater. Hunc honoris modum observavit etiam erga Dominum magnus David, in præmio cujusdam psalmi²⁶, dum confitetur diligere se Dominum, simulque dilectionis causas explicat, quod scilicet sibi esset *fortitudo, firmamentum, et refugium, et liberator, et Deus auxiliator, et protector, et cornu salutis, et adjutor*²⁶, et id genus alia. Si igitur unigenitus Dei Filius hæc omnia nec est, nec præstat, negetur illi sane hono-

A θρωπίνης συνθηλας, αὶ κατὰ τὰς ἀξίας διαφοραὶ, τὰς τιμὰς τοῖς κρατοῦσιν ὀρίζονται, ὡς μὴ ἐν ὁμοίῳ καὶ ἴσῳ τῷ σχήματι, τοὺς ὑποχειρίους βασιλεῖσι τε προσείναι, καὶ ταῖς ὑποβεθηχταῖς ἀρχαῖς· ἀλλ' ἡ πλείων τε καὶ ὑφειμένη τοῦ φόβου καὶ τῆς αἰδοῦς τῶν προσιόντων ἐπίδειξις τὸ ἐνδόν καὶ περιτεῦον τῆς τιμῆς ἐπὶ τῶν τιμωμένων ἐνθεῖκνυται· καὶ τούτῳ μάλιστα τοὺς προτιμωτέρους ἐν τῇ διαθέσει τῶν ὑποχειρίων ἔστιν εὐρεῖν, ὅταν τις ὑπὲρ τοῦ τοῖς πέλαις φοβερωῶς εἶναι μᾶλλον, καὶ πλείονος τῆς αἰδοῦς ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἀξιοῦσθαι δοκεῖ. Ἐπὶ δὲ τῆς θέλας φύσεως, διὰ τὸ πᾶσαν τὴν κατὰ τὸ ἀγαθὸν τελειότητα συνεμφανίσθαι τῷ τοῦ Θεοῦ προσρήματι, οὐκ ἔστιν εὐρεῖν, κατὰ γὰρ τὴν ἡμετέραν διάνοιαν, τὸν τρόπον τῆς προτιμώσεως. Ἐν οἷς γὰρ οὐ δυνάμει, οὐ δόξῃ, οὐ σοφίᾳ, οὐ φιλανθρωπίᾳ, οὐδὲ τινος ἄλλως τῆς κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐννοίας πλεονασμὸς ἢ ἐλάττωσις ἐπινοεῖται, ἀλλὰ πάντα, ὅσα ἔχει ὁ Υἱὸς ἀγαθὰ, τοῦ Πατρὸς ἔστι, καὶ τὰ τοῦ Πατρὸς πάντα ἐν τῷ Υἱῷ καθορᾶται· πῶς διατεθέντες τὸ πλεόν τῆς τιμῆς ἐπὶ τοῦ Πατρὸς ἐνδειξόμεθα; Εἰ βασιλικὴν δύναμιν κατ' ἀξίαν τῇ διανοίᾳ λάβοιμεν, βασιλεὺς ὁ Υἱὸς· ἐὰν κριτὴν ἐννοήσωμεν, ἢ κρίσις πᾶσα τοῦ Υἱοῦ ἔστιν· ἐὰν τὸ μεγαλεῖον τῆς κτίσεως τῇ ψυχῇ δεξώμεθα, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· ἐὰν τῆς ἡμετέρας ζωῆς τὴν αἰτίαν κατανοήσωμεν, οἰδαμεν τὴν ἀληθῆ ζῶην τὴν μέχρι τῆς φύσεως ἡμῶν καταβάσαν· καὶ ἐκ τοῦ σκότους μετὰστασιν καταμάθωμεν, οὐκ ἀγνοοῦμεν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, δι' οὗ τοῦ σκότους ἠλλοτριώθημεν· εἰ δὲ τι τιμίον ἢ σοφία δοκεῖ, Χριστὸς Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία.

Πρὸς τοίνυν τὰ τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα τοῦ Χριστοῦ θαύματα, τῆς ψυχῆς ἡμῶν, κατὰ τὸ εἶκος ὅσον χωρεῖ, τοσοῦτον θαυμαστικῶς διατιθεμένης, τίς ὑπερβολὴ τιμῆς καταληφθῆναι δυνήσεται, τῆς τῷ Πατρὶ μόνῳ κατεξαιρέτων προσαγομένης, ἧς ἀμοιρήσει πρεπόντως ὁ Κύριος; Αὐτὸ γὰρ τοῦτο ἢ ἀνθρωπίνῃ πρὸς τὸ Θεῖον τιμῇ, κατὰ τὸν εἰκότα νοῦν θεωρουμένη, οὐδεμία τις ἄλλη ἔστιν, ἀλλ' ἡ ἀγαπητικὴ σχέσις, καὶ ἡ τῶν προσόντων αὐτῷ ἀγαθῶν ὁμοιολογία, καὶ μοι δοκεῖ τὸ οὕτω δεῖν τιμᾶσθαι τὸν Υἱόν, ὡς ὁ Πατὴρ τιμᾶται, ἀντὶ τῆς ἀγάπης ὑπὸ τοῦ λόγου τετάχθαι. Ὁ γὰρ νόμος ἐν τῷ ἀγαπᾶν τὸν Θεόν ἐξ ὅλης καρδίας καὶ δυνάμει τὴν πρέπουσαν αὐτῷ τιμὴν ἀπονέμειν κελεύει· καὶ ἐνταῦθα τὸ ἰσοστάσιον τῆς ἀγάπης, ὃ ὁ λόγος νομοθετῶν οὕτω φησὶ δεῖν τιμᾶσθαι τὸν Υἱόν, ὡς ὁ Πατὴρ τιμᾶται. Τοῦτον τὸν τρόπον τῆς τιμῆς ἐπλήρου καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ πρὸς τὸν Κύριον ἐν τινὶ προομιλίῳ τῆς ψαλμωδίας, ἀγαπᾶν ὁμολογῶν τὸν Κύριον, καὶ διεξιὼν τὰ τῆς ἀγάπης αἴτια, ἰσχὺν, καὶ κρατεῖωμα, καὶ καταστροφήν, καὶ φύσιν, καὶ Θεὸν βοηθόν, καὶ ἐλπίδα, καὶ ὑπερασπιστήν, καὶ σωτηρίας κέρας, καὶ ἀντιλήπτορα, καὶ τὰ τοιαῦτα καλῶν. Εἰ μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ὁ μονογενὴς Υἱὸς ταῦτα τοῖς ἀνθρώποις γενόμενος,

²²⁻²³ Joan. v, 22.²³ Joan. 1, 5.²⁴ I Cor. 1, 24.²⁵ Psal. vii, 1.²⁶ Psal. xviii, 2, 3

ὑποτελλέσθω τὸ πλεονάζον τῆς τιμῆς ἐπὶ τούτου, ἅ κατὰ τὸν τῆς αἰρέσεως νόμον· εἰ δὲ πάντα ταῦτα, καὶ ὑπὲρ ταῦτα τὸν μονογενῆ Θεὸν εἶναι τε καὶ ὀνομάζεσθαι πεπιστευκάμεν, κατὰ πᾶσαν ἀγαθοῦ πράγματος καὶ νοήματος ἐπίνοιαν, πρὸς τὸ μεγαλεῖον τῆς ἐν τῷ Πατρὶ ἀγαθότητος ἐξισαζόμενον· πῶς ἂν τις εὐλογον εἶναι λέγοι, ἢ μὴ ἀγαπᾶν τὸ τοιοῦτον, ἢ ἀτιμάζειν τὸ ἀγαπώμενον; Οὐ γὰρ ἂν εἴποι τις τὴν μὲν ἀγάπην δεῖν ἐξ ὅλης ἔρχεσθαι τῆς καρδίας καὶ τῆς δυνάμεως, τὴν δὲ τιμὴν ἐξ ἡμίσειας. Εἰ οὖν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας τιμάται ὁ Υἱὸς, διὰ τοῦ πᾶσαν ἀναπθεῖναι αὐτῷ ἀγάπην, τίς ἐπίνοια τὸ πλεόν τῆς τιμῆς ἐξευρήσει, ὅλης τῆς καρδίας, ὅσον χωρεῖ, τοσοῦτον αὐτῷ διὰ τῆς ἀγάπης τὸ τῆς τιμῆς μέτρον δωροφορούσης; Ὅστε μάταιος ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν τιμῶν ὁ τὸ προτιμότερον δογματίζων, καὶ διὰ τῆς τοιαύτης συγκρίσεως τοῦ ἀτιμωτέρου παριστῶν τὴν ἔνοιαν.

Ἄλλα καὶ τὸ πρῶτον ἐπὶ μὲν τῆς κτίσεως λέγειν ἀληθές ἐστι· τῆς γὰρ ἀκολουθίας τῶν ἔργων ἐν τῇ τάξει τῶν ἡμερῶν δεικνυμένης, εἴποι τις ἂν τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς τόσονδε προγενέστερον εἶναι τὸν οὐρανὸν, καὶ διαμετρήσει τὸν διὰ μέσου χρόνον τῷ τῶν ἡμερῶν διαστήματι. Ἐπὶ δὲ τῆς πρώτης φύσεως τῆς πᾶσαν μὲν χρονικὴν ἔνοιαν ὑπεραιούσης, πᾶσαν δ' ἐπίνοιαν καταληπτικὴν ἀπολειπούσης, τὸ μὲν τι προάγειν ἐν τοῖς κατὰ τὸν χρόνον πρῶτοις, τὸ δὲ ἐφ' ὕστερον οἶσθαι, τῆς νῦν ἀφανείσης σοφίας ἐστίν. Ὁ γὰρ πρῶτον τὸν Πατέρα τῆς τοῦ Μονογενοῦς ὑποστάσεως ἀποφαινόμενος, οὐδὲν ἄλλο ἢ νεώτερον τῶν διὰ τοῦ Υἱοῦ γενομένων αὐτὸν τὸν Υἱὸν ἀποφαίνεται· εἴπερ ἀληθῶς πάντα αἰῶνας καὶ πᾶν διάστημα χρονικὸν μετὰ τὸν Υἱὸν, καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ γεγενῆσθαι λέγειν. Καὶ ἔτι πρὸς τοῦτοις, ὅπερ καὶ μᾶλλον ἀπελέγχει τὴν ἀοπλίαν τοῦ δόγματος, οὐ μόνον τῷ Υἱῷ κατασκευασθήσεται χρονικὴ τις ἢ ἀρχὴ τῆς ὑπάρξεως ἐκ τοῦ τοιοῦτου λόγου, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ Πατρὸς ἐκ τῆς τοιαύτης ἀκλουθίας φέρονται, τὸ μὴ οὐχὶ χάκεινον ἀπὸ χρόνου τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι κατασκευάσαι· εἰ γὰρ τι σημεῖον ὑπέρχεται γνωριστικὸν τῆς τοῦ Υἱοῦ γενήσεως, ἐκεῖνο δηλονότι καὶ τῷ Πατρὶ τὴν ἀρχὴν ὀρίσει τῆς ὑποστάσεως.

Σαφηνείας δὲ χάριν οὐκ ἀκαιρον ἴσως φιλοπονώτερον ἐξετάσαι τὸν λόγον. Ὁ πρῶτον τῆς τοῦ Υἱοῦ ζωῆς τὴν τοῦ Πατρὸς δογματίζων, διαστήματι τινι τὸν Μονογενῆ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ διέστησι· τοῦτο δὲ ἢ ἀπειρὸν τι ὑποθήσεται τὸ διὰ μέσου διάστημα, ἢ τισι πέρασι καὶ σημείοις φανεροῖς ὀριζόμενον. Ἄλλ' ἀπειρὸν μὲν εἰπεῖν οὐκ ἔασει ὁ τῆς μεσότητος λόγος, ἢ παντελῶς τὴν τοῦ Πατρὸς τε καὶ Υἱοῦ ἔνοιαν διαγράψει τῷ λόγῳ· καὶ οὐδὲ μέσον αὐτὸ νοήσει, ἕως ἂν ἀπειρὸν ἢ πρὸς οὐθέτερον ὀριζόμενον, οὔτε ἐπὶ τὸ ἄνω τῆς τοῦ Πατρὸς ἔνοιαν ἀποκτενοῦσης τοῦ ἀπειροῦ τὴν πρόσδοον, οὔτε ἐπὶ τὸ κάτω τοῦ Υἱοῦ τὴν ἀπειρίαν ἐκχόπτοντος· αὕτη γὰρ

A ris præcellentia, ut hæresiarcha contendit; si autem credimus, omnia hæc, et his longe plura, unigenitum Filium et esse, et recte dici, æqualemque Patri factum in omni perfectione, et magnificentia, in omni opere recto et cogitatione, quæ in nostram intelligentiam cadere possit: quomodo aliquis rationi consentaneum esse credat, vel non diligere talem, vel quem diligas inhonorare? Neque enim recte quis dixerit amorem ex toto corde et ex totis viribus proficisci debere, honorem vero ex mediis. Si igitur honoratur Filius ex toto corde, quod totus amor in eum sit conferendus, quænam cogitatio excessum honoris inveniet, cum totum cor quantam potest, tantam ipsi per amorem honoris mensuram admetiatur? Itaque vanus est et fatuus, qui ex rebus in hac rerum universitate honore dignis honoris inæqualitatem in divinis colligit, harumque comparatione minoris cujusdam dignitatis existimationem invehit.

Cæterum et vocabulum antiquius in rebus creatis recte usurparetur. Cum enim ordo et series rerum sit et constet ordine et serie dierum⁷⁷: jure affirmavit quis hominis creatione tanto et tanto antiquius, et prius esse cælum, dimetieturque tempus interjectum intervallo dierum. In prima vero illa natura, quæ omnem temporariam rationem transcendit, omnemque intelligentiam longissime exsuperat, aliud quidem prius credere et docere, secundum temporis durationem et præcellentiam, aliud vero posterius, proprium est ejus sapientiæ, quæ jam nuper prodiit in lucem. Qui enim Patrem antiquiorem statuit, quam unigenitum Filium, is nihil aliud agit, quam quod juniorem Filium facit iis, quæ per ipsum facta sunt: si verum est, omnia sæcula et omne intervallum temporale post Filium, et per Filium facta esse. Præterea, quod clarius absurditatem dogmatis coarguit, non solum hac ratione Filii hypostasi et existentiam temporale aliquod principium attribuemus, sed et Pater in periculo erit, ne et ipse affirmetur originem ab aliquo temporis initio traxisse; si enim indicium aliquod est, quo innotescat Filii generatio, illud omnino Patris quoque ortum et existentiam definit ac circumscribet.

D Claritatis porro gratia forte non intempestivum fuerit accuratius examinare assertionem. Qui Patris existentiam docet antiquiorem esse existentiam Filii, is intervallo quodam unigenitum Filium separat ab omnino Deo: hoc verò interjectum intervallum aut infinitum statuatur, aut certis et manifestis limitibus circumscribitur. At infinitum esse non permittit ratio medii interjecti, vel certe Patris et Filii rationem penitus tollet; neque medium animo concipere licebit, quousque fuerit infinitum, neutra ex parte certis terminis conclusum; neque supreme si Patrem concipiat, infiniti immensitate desinente, neque inferne Filio

⁷⁷ Gen. 1, 3 sqq.

infiniti spatium terminante. Ista enim infiniti notio et ratio est, quaquaversum natura sua diffusum esse, neque ullo limite ullo modo comprehendi.

Igitur ut fixa et immota maneat Patris et Filii substantia, et quam de hac habemus, existimatio, non licet ulla ratione infinitum intervallum affirmare, sed necesse erit, ut finito quodam spatio Filius a Patre sit segregatus. Hoc igitur est, quod assero, doctrinam hanc eo tendere, ut obtineat Deum universorum ab æterno non fuisse, sed definito quodam temporis puncto ortum habuisse: quod appositis ad rem exemplis declarabo, ut nobis per ea quæ nota sunt, perspicuum fiat id quod ignoratur. Quoniam dicimus quinta die post cælum hominem esse conditum ex Moysis libro ²⁴, facile etiam significamus ante hunc horum dierum numerum ne cælum quidem existitisse: adeo id quod posterius est, definit quoque et circumscribit per intervallum, id quod antecessit, nempe substantiam et existentiam ejus, quod tanquam prius concipitur et consideratur. Quod si non satis clare rem hoc exemplo illustravimus, possumus eandem alio evidentius demonstrare: cum legem per Moysen datam, quadringentis et triginta annis posterioriorem esse affirmamus promissione illa divina quæ ad Abraham facta est, si, ducto a lege initio, tempus anteactum cogitatione quasi ascendendo percurrere velimus, et tandem ad finem annorum, quos numeravimus, perveniamus, dilucide deprehendimus, quod ante hoc tempus divina illa promissio nondum fuerit; multaque suppetunt hujus generis exempla, quibus sigillatim percensendis

Convenienter igitur alicui modo in prædictis exemplis ostenso, oportet, ut discutiamus quoque propositam quæstionem; est autem ista, ut quidem adversarii sibi persuadent, prius et posterius, seu antiquius et recentius, de Patris et Filii et Spiritus sancti substantia dici; cum ergo Filii generatione transcurra, ut hæreticus iste nugatur, accesserimus ad id intervallum, quod medium interponitur (prout vana hæreticorum persuasio aliquid inter Patrem et Filium statuit), cumque ad extremum illud punctum processerimus, quo isti intercapedinem illam terminant, istic, in supremo quasi culmine, Dei totius universitatis vitam subsistentem reperimus, ex quo necessario conficitur, ut credamus Deum, qui semper est, ante illud punctum non fuisse.

Quod si adhuc ambigis, rursus id exemplis explanabo. Quemadmodum enim quando duabus regulis acceptis, altera majore, altera minore, fines earumdem æquare volumus, in extremitate excessum cognoscimus; juxtaposita enim minoris extremitate, excessum majoris deprehendimus, et quantum breviori desit, mensura aliqua, sive ulna, sive aliud quidpiam sit, minus cum termino

Α του άπειρου η έννοια τὸ πάνταχθὲν ἐκκεχύσθαι τῆ φύσει, καὶ μηδενὶ πέρατι μηδαμόθεν περιλαμβάνεσθαι.

Οὐκοῦν ἓνα παγία καὶ ἀμετάθετος διαμένη περὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἡ τοῦ εἶναι ὑπόληψις, οὐδεμίαν ἔξει χώραν ἄπειρον ἐννοεῖν τὸ διάστημα, ἀλλὰ πεπερασμένῳ τινὶ κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην τὸν Μονογενῆ τοῦ Πατρὸς διαστήσουσι. Τοῦτο οὖν ἐστὶν ὁ φημι, ὅτι ὁ λόγος οὗτος οὐκ ἐξ ἀθδίου εἶναι τὸν ἐπὶ πάντων Θεόν, ἀλλ' ἀπὸ τίνος ὠρισμένου σημείου τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι παρασκευάσει· ὃ δὲ λέγω, τοιοῦτόν ἐστι· λέξω δὲ διὰ τῶν γνωρίμων ὑποδειγμάτων σαφηνίζων τὸ νόημα, ὡς ἂν γένοιτο διὰ τῶν φαινομένων καταφανὲς ἡμῖν τὸ ἀγνοούμενον. Πέμπτη μετὰ τὸν οὐρανὸν ἡμέρα γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον λέγοντες ἐκ τῆς Μωσέως Γραφῆς, συγκατεσκευάσαμεν τῷ λόγῳ τούτῳ κατὰ τὸ σωπύμενον τὸ πρὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἡμερῶν τούτων, μηδὲ τὸν οὐρανὸν εἶναι· οὕτω τὸ μετὰ τι γενόμενον διὰ τοῦ πρὸ ἑαυτοῦ διαστήματος ὀρίζει καὶ τὴν τοῦ προὑπονοουμένου ὑπόστασιν. Εἰ δὲ οὐχ ἱκανῶς τῷ ὑποδείγματι τὸν λόγον ἐσαφηνίσσαμεν, δυνατόν ἐστι, καὶ δι' ἐτέρων τὸ νοηθὲν παραστήσαι, τὸν διὰ Μωσέως δοθέντα νόμον τετρακοσίοις ἔτεσι καὶ τριάκοντα τῆς τοῦ Ἀβραάμ ἐπαγγελίας μεταγενέστερον λέγοντες· ἐὰν ἀπὸ τοῦ νόμου τὸν κατόπιν χρόνον δι' ἀναλύσεως τῷ λογισμῷ παροδεύσαντες, εἰς τὸ πέρας τῶν ἡριθμημένων φθάσωμεν ἐτῶν, σαφῶς καταλαμβάνομεν, ὅτι πρὸ τοῦ χρόνου τούτου ἡ τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελία οὕτω ἦν· καὶ πολλὰ τοιαῦτα λέγειν ἐστὶν, οἷς τὸ καθ' ἕκαστον ἐπεξίεται, ὡς ὀχληρὸν παραιτήσομαι.

supersedebō, lædii vitandi gratia.

Γ Κατὰ τοίνυν τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν τοῖς ὑποδείγμασιν εἰρημένων, καὶ τὸν προκειμένον ἐξετάσωμεν λόγον· ἦν δὲ οὗτος κατὰ τὴν τῶν ἐναντίων ὑπόληψιν, τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον ἐπὶ τῆς τοῦ Πατρὸς τε καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑποστάσεως, ἕτερον ἐτέρου λέγειν εἶναι. Οὐκοῦν ἐπειδὴν τὴν τοῦ Υἱοῦ γέννησιν διαθάντες, καθὼς ὑφηγεῖται ὁ τῆς αἰρέσεως λόγος, ἔπειτα προσθῶμεν τῷ διὰ μέσου διαστήματι· ὅπερ ἡ ματαία τῶν ταῦτα δογματιζόντων οἰήσις ὑποτίθεται, τῶν μεταξὺ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς εἶναι τι λογιζομένων· ἐὰν εἰς τὸ ἄκρον ἐκεῖνο σημεῖον φθάσωμεν, ᾧ τὸ διάστημα τὸ μεταξὺ περιγράφουσιν, ἐκεῖ καὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὄλων ἰσταμένην ἐπὶ τὸ ἄνω τὴν ζωὴν εὐρίσκομεν, ὡς ἐξ ἀνάγκης κατασκευάζεσθαι τὸ πρὸ ἐκείνου, μηδὲ αἰεὶ ὄντα Θεὸν πιστεῦειν εἶναι.

Δ Εἰ δὲ ἀμφιβάλλεις ἔτι, πάλιν τὸν λόγον δι' ὑποδειγμάτων κατανοήσωμεν. Ὡσπερ γὰρ ἐπὶ δύο κανόνων, ὅταν ὁ μὲν ἐλάττων, ὁ δὲ ὑπερέχων ἦ, τὰς βάσεις ἀμφοτέρων ἰσώσαντες, ἐν ταῖς κορυφαῖς τὸ πλεονάζον ἐπιγινώσκωμεν (παρὰθέντες γὰρ τὸ τοῦ ἐλάττονος πέρας, ἀπ' ἐκείνου τὸ περισσὸν τοῦ ὑπερέχοντος ἔγνωμεν· καὶ ὅσον ἐνδεί τῷ βραχυτέρῳ, διὰ τίνος μέτρον τὸ λείπον πρὸς τὸ πέρας τοῦ μείζονος παρ-

²⁴ Gen. 1, 26.

κώσαντες εὐρομεν, εἴτε πῆχυς, εἴτε ὅποσον οὖν ἴσιν, ὅσον τοῦ ἐλάττονος τὸ μείζον ἀφέστηκεν) οὕτως εἰ τίς ἐστι, κατὰ τὸν τῶν ὑπεναντιῶν λόγον, τῆς τοῦ Πατρὸς ζωῆς ὡς πρὸς τὴν ζωὴν τοῦ Υἱοῦ κλεινασμός, ἐν τινι ῥητῇ διαστήματι πάντως ἐστὶ· τοῦτο δὲ οὐκ εἰς τὸ ἐφεξῆς περισσεύειν ἀναγκαίως συνήζονται. Ἀθάνατον γὰρ ὁμοίως ἐκότερον εἶναι καὶ αἱ ἐχθροὶ τῆς ἀληθείας ὁμολογοῦσιν· ἀλλ' εἰς τὸ ἄνω τὴν διαφορὰν ταύτην ἐπινοοῦσιν, οὐκ ἰσοῦντες πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ τὴν ζωὴν, ἀλλ' ἐκτείνοντες τὴν περὶ τοῦ Πατρὸς ἐνοιαν τῇ τῆς ζωῆς διαστήματι. Ἐπεὶ οὖν διάστημα διπλοῖς πέρασι περιγράφεται, πάντως ἀνάγκη πᾶσα, καὶ τοῦ ἐπινοηθέντος παρ' αὐτῶν διαστήματος, τὰ δύο σημεῖα τὰ γνωριστικὰ τῶν περάτων καταληφθῆναι. Ὡσπερ οὖν τὸ ἐν μέρος, κατ' αὐτοῦς, ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Μονογενοῦς τὴν ἀρχὴν ἔχει, οὕτως καὶ τὸ ἕτερον ἄκρον, ἐτέρῳ τινὶ πέρατι πάντως συναπολήξει, ὧς συναπαρτιζόμενον τὸ διάστημα ἑαυτὸ περιγράφει. Τί οὖν ἐστὶ τοῦτο τὸ πέρασ, αὐτοὶ εἰπάτωσαν, εἴπερ τοῖς ἰδίοις λόγοις ἀκολουθεῖν οὐκ ἀσχύνονται.

nam iste sit terminus, ipsimet exponant, siquidem Ἄλλ' οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ὁ λόγος ἔχει. Ὅτι οὐδὲ εὐρήσουσι τὸ ἕτερον μέρος, ἐπὶ τὸ ἕτερον μέρος τοῦ ἀναπλασθέντος παρ' αὐτῶν διαστήματος, εἰ μὴ τινα πάντως ἀρχὴν ὑπόθωιντο τοῦ ἀγεννήτου, ἀφ' ἧς τὸ μέσον ὡς πρὸς τὴν τοῦ Υἱοῦ γέννησιν τῇ λόγῳ διαλαμβάνουσι. Τοῦτο οὖν ἐστὶν ὃ λέγομεν, ὅτι ὁ μεταγενέστερον τὸν Υἱὸν, ἐν τινι διαστηματικῇ παρατάσει, τῆς τοῦ Πατρὸς ζωῆς λέγων, ὠρισμένην δώσει καὶ τῇ Πατρὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως, τῇ ἐπινοηθέντι κατὰ τὸ μέσον διαστήματι συμπεριγραφομένην· καὶ οὕτως αὐτοῖς εὐρεθήσεται ἡ πολυθρόλλητος τοῦ Πατρὸς ἀγεννησία διὰ τῆς τοιαύτης κατασκευῆς ὑπ' αὐτῶν τῶν προμάχων τῆς ἀγεννησίας ἐγκλεπτομένη, τὸν ἀγεννητον Θεὸν μὴ ἀεὶ εἶναι λέγειν, ἀλλ' ἀπὸ τίνος ἀρχῆς τοῦ εἶναι τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι κατασκευάζειν· ὁ γὰρ ἀρχὴν τοῦ εἶναι ἔχων ἀναρχος οὐκ ἐστίν. Εἰ δὲ παντὶ τῷ ἀναρχον τοῦ Πατρὸς ὁμολογεῖσθαι προσήκει, μὴδὲ τῆς τοῦ Υἱοῦ ζωῆς ὠρισμένον τι πολυπραγμονεῖσθαι σημεῖον, ἀφ' οὗ τοῦ εἶναι ἀρξάμενος, τῆς εἰς τὸ ἐπέκεινα τοῦ σημείου ζωῆς ἀποτεμένεται· ἀλλ' ἀρκεῖ κατὰ μόνον τὸν τῆς αἰτίας λόγον προεπινοεῖν τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα, καὶ μὴ κερχωρισμένην, καὶ ἰδιάζουσάν ποτε τοῦ Πατρὸς τὴν ζωὴν, πρὸ τῆς τοῦ Υἱοῦ γεννήσεως· ἵνα μὴ συνεισέλθῃ τῇ ὑπολήψει ταύτῃ διαστηματικόν τι νόημα πρὸ τῆς τοῦ Υἱοῦ ἀναδείξεως, τῇ ζωῇ τοῦ γεγεννηκότος παραμετρούμενον· ὧς κατ' ἀνάγκην ἀκολουθήσει τὸ καὶ τοῦ Πατρὸς ἀρχὴν τινα τῆς ζωῆς ὑπερθέσθαι, καθ' ἣν τὸ ἀναπλασθὲν πρὸ αὐτοῦ διάστημα προῖον ἐπὶ τὸ ἄνω στήσεται συμπεριγράφον αὐτῇ τῆς προεπινοηθείσης τοῦ Πατρὸς ζωῆς τὴν ἀρχὴν. Ἀλλὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ ὁμολογοῦντας, κἀν τολμηρόν τι φαίνεται, καὶ τὸ σὺν αὐτῷ μὴ ἀρκεῖσθαι, ὑπὸ τῆς ἐν ταῖς ὑποθήκαις Γραφῆς πρὸς τὴν ἐνοιαν ταύτην ὀδηγουμένους. Ἀπαύγασμα γὰρ ἀβύσσου φωτὸς παρὰ τῆς Σοφίας ἀκούσαντες, συνεπιθεωροῦμεν τῇ ἀϊδιότητι τοῦ πρωτοτύπου φωτὸς τὸ ἀπαύγασμα, καὶ τὸ αἶτιον τοῦ ἀπαυγασματος ἐν-

PATROL. GR. XLV.

A majoris comparantes, indagamus, quantum absit major a minore : ita si, ut adversarii volunt, aliquis excessus est vitæ et existentiae Patris respectu vitæ et existentiae Filii, omnino oportet, ut sit in quodam certo durationis intervallo ; at necessario fateri debent hoc non esse secundum aliquam futuræ durationis excessum . Utrumque enim similiter esse immortalem non inficiantur ipsi etiam veritatis hostes, sed diversitatem hanc secundum præteritam durationem concipiunt, dum Filii vitam et existentiam cum Patris vita non æquant, extensa prorogataque per intervallum vitæ cogitatione et existimatione de Patre. Cum igitur omne intervallum duplici termino circumscribatur, oportet ut et intervallo ab his excogitato, duo hæc signa, tanquam extremitatum indicia, assignentur. Quemadmodum igitur ex illorum sententia, altera quidem pars initium ducit ab ortu unigeniti Filii, sic et alteram extremitatem altero quodam termino finire necesse est, ex quo intervallum illud verum aptumque seipsum definit et circumscribit. Ergo quiam propriam suam doctrinam prosteri non erubescunt.

Sed res omni ambiguitate caret. Non enim invenient alteram partem connexam cum altera in conflictu ab ipsis intervallo, nisi admittant et statuunt aliquod initium ejus, qui omnino est ingenuus omnisque ortus expers, ex quo medium ad Filii usque generationem cogitatione producant et protrahant. Hoc igitur est quod affirmamus, eum qui Filium posteriorem asserit, secundum intervalli quamdam extensionem, Patris vita et existentia, similiter quoque certis spatiis et finibus existentiam Patris coactare, utpote circumscriptam per medium extenso intervallo : et sic videmus celebrem illam passimque jactatam Patris innascibilitatem, per hanc technam et machinationem ab ipsis innascibilitatis propugnatoribus everti, dum asserunt Deum non esse ingenuum, sed a certo quodam initio principium duxisse ; nam quod initium suæ existentiae habet, non caret principio. Quod si omnimodo constendum est Patrem principio carere, oportet ut neque Filii vitæ definitum et certum terminum statuas, a quo vivendi principium duxerit, vitæque eo, quod supra hunc terminum est, spatio penitus caruerit ; sed suffi it secundum solam principii rationem præintelligere Patrem Filio, neque Patris vita separatim, et quasi propria illius, ante Filii generationem spectanda est, ne animo subeat intervalli alicujus cogitatio, quod ante Filii generationem cum ipso Patre generante simul exstiterit ; ex quo necessario concluditur, etiam vitæ et existentiae Patris principium esse admittendum, a quo conflictum ab isto intervallum procedens ibidem ex supera parte finietur ; secumque pariter definit et circumscribet principium præintellectæ et præexistentis vitæ Patris. Verum enimvero eum, quem ex Patre procedere confitemur, etiamsi facinus audax videatur, non negetur simul cum ipso esse, in hanc sententiam ab

12

ipsis sacrae Scripturae oraculis ducti. Cum enim ab ipsa Sapientia audimus, eum esse splendorem aeterni luminis¹⁹, statim mente concipimus ipsum splendorem, tanquam aequae aeternum ac lumen illud princeps, ex quo splendor emicuit; dumque causam et principium splendoris intelligimus, simul etiam rationem antiquioris seu prioris repudiamus: quo fit, ut quod pie nobis traditum est, inviolatum custodiatur, dum neque vita Filii priori aliquo intervallo deficit, neque etiam aeternitas Patris mutilatur, Filii vita et existentia certae alicujus durationis limitibus inclusa.

Sed forte dixerit quispiam ex adversariorum numero, ipsam quoque creaturam omnium confessione certum principium habere, neque tamen res creatas ut coaeternas Opifici suo concipi posse, neque etiam eas suo initio infinitatem divinae naturae terminare, quod nos cum de Patre et Filio disputabamus, tanquam absurdum, consequi dicebamus. Itaque necessario concludendum esse ob hoc, vel creaturam esse coaeternam Deo, vel certe sine scrupulo concedi posse, Filium esse Patre suo posteriorem; nam ratio intervalli aequaliter absurditatem secum affert, quando a creatura ad Creatorem ipsum ducitur.

At qui hoc objicit, is forte non satis accurate et diligenter dogmate ipso introspecto, ex alienis et omnino nihil ad propositum nostrum facientibus, contra ea quae disseruimus, argumenta promittit. Nam si demonstrare posset, aliquid eorum, quae supra creaturam sunt, subsistentiae suae in puncto alicujus intervalli originem ducere, sicque praeterea pro certo, communi omnium approbatione constaret, fieri posse, ut etiam ante creaturae effectorem intervalli alicujus ratio conciperetur: tum fortassis non omnino praeter rem foret hujusmodi argumentis demonstratam de Filio aeternitatem eludere et oppugnare velle. At cum omnium recte sentientium suffragiis et consensione liqueat, entium aliud quidem esse creatum, aliud increatum: cumque veritatis et pietatis disciplina doceamur, divinam naturam increatam esse, in qua aliud quidem sit principium, aliud ex principio inseparabiliter substantiam suam accipiat, et creatura in intervallo quodam representata contineatur: omnis omnino temporalis ordo et series rerum creaturarum a tempore comprehenditur; illa vero anteaeterna, seu ante tempus existens natura, caret omni ea diversitate, qua alia antiquiora, alia recentiora esse solent, eo quod in divina illa et beata vita minime quaerenda et consideranda sint, quae ratio nostra in creatura inesse conspicit. Nam omnis creatura, sicut dictum est, secundum ordinem et seriem quamdam producta mensuratur duratione temporis, et si quis ratione ascendat per rerum creaturarum ordinem ad earundem principium, indagacionem suam temporis exortu et conditione circumscribet. At vero substantia, quae supra creaturam evecta est, tanquam ab omni interapedine temporali libera, omnem temporis seriem transcendit; a nullo hujusmodi principio, ullo modo secundum ordinem procedens,

Α νοούντες, καὶ τὸ πρεσβύτερον οὐ δεχόμενοι· καὶ οὐτως ἡμῖν ὁ τῆς εὐσεβείας διασωθήσεται λόγος· οὕτως τῷ Υἱῷ τῆς ζωῆς ἐπὶ τὸ ἄνω λειπούσης, οὕτως τῆς ἀιδιότητος τοῦ Πατρὸς ἐν τῷ ὀρίσῳ ὑποτίθεσθαι τοῦ Υἱοῦ τὴν ἀρχὴν κολοδουμένης.

Β Ἄλλ' ἴσως ἐρεῖ τις τῶν ἐνισταμένων τῷ λόγῳ, ὅτι καὶ ἡ κτίσις ὁμολογουμένη ἀρχὴν ἔχει, καὶ οὕτως συνεπινοεῖται τῇ ἀιδιότητι τοῦ Δημιουργοῦ τὰ γενόμενα, οὕτως ἴσῳσι διὰ τῆς ἰδίᾳς ἀρχῆς τὸ ἀόριστον τῆς θείας ζωῆς, ὡς περ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Πατρὸς ἐξεταζόμενος ὁ λόγος τὴν ἀτοπίαν ὑπέδειξεν. Ὡς ἀκόλουθον εἶναι διὰ τούτου ἢ τὴν κτίσιν συναΐδιον τῷ θεῷ, ἢ καὶ τὸν Υἱὸν μεταγενέστερον ἀφόβως λέγειν· ὁ γὰρ τοῦ διαστήματος λόγος ὁμοίως ὑποδείξει τὸ ἀτοπον, καὶ ἀπὸ τῆς κτίσεως ἐπὶ τὸν πεποιητότα διαμετρούμενος.

Γ Ὁ δὲ τὸ τοιοῦτον ἀνυποφέρων, οὐκ ἀκριβῶς τάχα τῇ διανοίᾳ τοῦ δόγματος ἐπιστάς, διὰ τῶν ἀλλοτριῶν καὶ παντάπασιν ἀκοινωνήτων τοῦ προκειμένου τὴν πρὸς τὰ εἰρημένα ποιεῖται μάχην. Εἰ μὲν γὰρ τι τῶν ὑπὲρ τὴν κτίσιν δεικνύειν εἶχεν, ἐν τινι διαστηματικῷ σημείῳ τὴν ἀρχὴν ἔχον τῆς ὑποστάσεως, καὶ τοῦτο παρὰ πάντων ὁμολογεῖτο δυνατόν εἶναι, καὶ τὴν τοῦ διαστήματος ἔννοιαν καὶ πρὸ τῆς κτίσεως ἔννοεῖν, εἶχεν ἂν ἴσως καιρὸν τὴν ἐπὶ τοῦ Μονογενοῦς ἀποδείχθεισαν ἐκ τῶν εἰρημένων ἀιδιότητα τοῖς τοιοῦτοις ἐπιχειρήμασιν ἀναλύειν πειρᾶσθαι. Ἐπεὶ δὲ πάσαι τὰς τῶν εὐσεβούντων ψήφοις ὁμολογεῖται, ὅτι πάντων τῶν ὄντων τὸ μὲν διὰ τῆς κτίσεως ἐστὶ, τὸ δὲ πρὸ τῆς κτίσεως, καὶ ὅτι ἡ μὲν θεία φύσις ἀκτιστος εἶναι πεπιστευται, ἐν ᾗ τὸ μὲν αἰτιον, τὸ δὲ ἐξ αἰτίου τὴν ὑπόστασιν ἀδιστάτως ἔχειν ὁ τῆς εὐσεβείας διδάσκει λόγος, τῆς δὲ κτίσεως ἐν παραστάσει τινὲ διαστηματικῇ θεωρουμένης· πᾶσα χρονικὴ τάξις καὶ ἀκολουθία τῶν γεγονότων διὰ τῶν αἰώνων καταλαμβάνεται· ἢ δὲ προαιώνιος φύσις ἐκπέφυγε τὰς κατὰ τὸ πρεσβύτερόν τε καὶ νεώτερον διαφορὰς, τῷ μὴ συνθεωρεῖσθαι τῇ θεῷ καὶ μακαρίᾳ ζωῇ, ὅσα περὶ τὴν κτίσιν ἰδίως ὁ λόγος βλέπει. Ἡ μὲν γὰρ κτίσις πᾶσα, καθὼς εἴρηται, κατὰ τινὰ τάξεως ἀκολουθίαν γεγεννημένη, τῷ τῶν αἰώνων διαστήματι παραμετρεῖται· καὶ εἰ τις ἀνίκοι τῷ λόγῳ, διὰ τῆς τῶν κτισθέντων ἀκολουθίας, ἐπὶ τὴν τῶν γεγονότων ἀρχὴν, τῇ τῶν αἰώνων καταβολῇ περιορίσει τὴν ζήτησιν. Ἡ δὲ ὑπὲρ τὴν κτίσιν οὐσία, ἃς παντὸς διαστηματικοῦ νοήματος κειχωρισμένη, πᾶσαν χρονικὴν ἀκολουθίαν ἐκπέφυγεν, ἀπ' οὐδεμιᾶς τοιαύτης ἀρχῆς εἰς οὐδὲν πέρας δι' οὐδενὸς τρόπου κατὰ τινὰ τάξιν ἐυρίσκομένου προϊούσα, ἢ καταλήγουσα. Τῷ γὰρ διαδάντι τοὺς αἰῶνας καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς γεγονότα, καθάπερ τι πέλαγος ἀχανές, ἢ τῆς θείας φύσεως θεωρία τοῖς λογισμοῖς προφανεῖσα, οὐδὲν

¹⁹ Hebr. 1, 3.

δύσει σημεῖον ἐφ' ἑαυτῆς γνωριστικὸν ἀρχῆς τινος **A** τῷ εἰς τὰ ἐπέκεινα διατείνοντι τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν· ὥστε τὸν πολυπραγμονοῦντα τὸ τῶν αἰώνων πρεσβύτερον, καὶ ἀνιόντα ἐπὶ τὴν τῶν θυτῶν ἀρχὴν, ἐν μηδενὶ στήναι τῷ λογισμῷ δυναθῆναι, αἰετοῦ ζητουμένου ἀπεκπροθέοντος, καὶ μηδεμίαν στάσιν εἰς τὴν πολυπραγμοσύνην τῆς διανοίας ὑποδεικνύοντος.

Ἐπεὶ δὲ ὁ λόγος καὶ τῷ μετρίως ἐπισκευμένῳ τῆν τῶν θυτῶν φύσιν, ὅτι τῆ μὲν θεῖα τε καὶ μακαρῖα ζωὴ τὸ παραμετρούμενόν ἐστιν οὐδέν. Οὐ γὰρ ἐκείνη ἐν χρόνῳ, ἀλλ' ἐξ ἐκείνης ὁ χρόνος· ἡ δὲ κτίσις ἀπὸ τινος ὁμολογουμένης πάντως ἀρχῆς ἐπὶ τὸν ἴδιον σκοπὸν διὰ τῶν χρονικῶν διαστημάτων ὀδεύουσα φέρεται, ὡς ταύτης μὲν δυνατὸν εἶναι, καθὼς φησὶ τοῦ ὁ Σολομῶν, ἀρχὴν, καὶ τέλος, καὶ μεσότητά διασκοπήσαι, διὰ τῶν χρονικῶν τμημάτων, τὴν ἀκολουθίαν τῶν κατ' αὐτὴν σημειούμενα. Ἡ δὲ ὑπερκειμένη τε καὶ μακαρῖα ζωὴ, ἅτε μηδενὸς συμπαροδεύοντος εἰς τὸ διαστήματος, τὸ διαμετροῦν καὶ διαλαμβάνον οὐκ ἔχει. Τὰ μὲν γὰρ γεγονότα πάντα τοῖς ἰδίοις μέτροις ἐμπεριγεγραμμένα κατὰ τὸ ἀρέσαν τῆ σοφία τοῦ κτίσαντος, οἷόν τινα ὄρω τῷ προσήκοντι μέτρῳ, ὡς πρὸς τὴν τοῦ παντὸς εὐαρμοσίαν ἐμπεριελήθηται. Διὰ τοῦτο καὶ τῆ ἀσθενείᾳ τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν ἀνέφικτος ἡ τῶν ἐν τῆ κτίσει θεωρουμένων ἑποδος, ἀλλ' οὖν τὸ πεπερατωθῆναι τὰ πάντα τῆ τοῦ πεποιητῆτος δυνάμει, καὶ ἐντὸς εἶναι τῶν τῆς κτίσεως ὄρων οὐκ ἀμφιδόλλεται. Ἡ δὲ ποιητικὴ τῶν θυτῶν δύναμις τῆν τῶν γεγονότων ἐν ἑαυτῇ συμπεριγράφουσα φύσιν, αὐτὴ τὸ περιέχον οὐκ ἔχει· πᾶν κῆμα τὸ πρὸς τὴν ἀρχὴν τῆς θείας ζωῆς ἀνελεῖν ἐπιγόμενον, ἐντὸς ἑαυτῆς κατακλείουσα, καὶ πάσης περιεργίας καὶ φιλοπραγμοσύνης τῆς πρὸς τὸ πέρας τοῦ ἁριστοῦ φθάσαι φιλονεικίᾳ ὑπερκεκλίπτουσα. Ἄπαντα γὰρ ἢ μετὰ τοὺς αἰῶνας ἄνοδος καὶ διάστασις τοῦ νοῦ τοσοῦτον ὑψωθῆσεται μόνον, ὅσον κατιδεῖν τὸ τοῦ ζητουμένου ἀδιεξίτητον, καὶ ἔοικεν οἷόν τι μέτρον, καὶ ὄρος τῆς τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν κινήσεως, καὶ ἐνεργείας, ὁ αἰὼν, καὶ τὰ ἐντὸς τούτων εἶναι, τὰ δὲ ὑπερκεκείμενα τούτων ἄληπτα καὶ ἀνεπίθετα λογισμοῖς μένει, παντὸς τοῦ δυναμένου ὑπὸ κατάληψιν ἀνθρωπίνην ἔλθειν καθαρεύοντα. Ἐν **D** οἷς γὰρ οὐκ εἶδος, οὐ τόπος, οὐ μέγεθος, οὐ τὸ ἐκ τοῦ χρόνου μέτρον, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν καταληπτῶν ἐπινοεῖται, ἐξ ἀνάγκης καὶ ἡ καταληπτικὴ τοῦ νοῦ δύναμις ζητούσα τινος περιδράξασθαι, τοὺς αἰῶνας, καὶ τὴν ἐν τούτοις κτίσιν εἰς τὸ συγγενὲς ἑαυτῇ καὶ ὁμόφυλον ἐκλήθησιν, τῆς ἀλήτου φύσεως πανταχόθεν ἀποκλεινοῦσα.

quæ animo comprehendimus, si intelligentia mentis assequi velit, necessario tempora, et in his res creatas, secundum cognatam et insitam sibi consuetudinem quæret et apprehendet, ab incomprehensibili illa natura procul et undique aberrans.

Παντὶ γὰρ οἶμαι τοῦτο γνώριμον εἶναι τῷ καὶ μετρίως ἐπισκευμένῳ τὰ θυτῶν, ὅτι τοὺς αἰῶνας καὶ τὸν ἐν τούτοις τόπον οἷόν τι χῶρισμα δεκτικῶν τῶν γινομένων προκαταβαλλόμενος ὁ τῶν ὄλων δημιουργὸς,

vel in ullum desinens. Ei enim, qui omnia tempora et omnia, quæ in illis condita sunt, percurrit atque perlustrat, ipsius divinæ naturæ consideratio, tanquam immensum quoddam pelagus mentis apparebit, nullumque argumentum suppeditabit, quod alicujus initii indicium sit ei, qui facultatem suam intelligendi in illa ulteriora extendere volet; adeo, ut qui circa temporum majorem antiquitatem occupatur, et ad primum principium rerum ascendit, eamquam cogitationem suam sistere et figere possit: semper enim id quod investigatur, quodammodo subterfugit, nullumque statum et terminum curiosæ inquisitioni concedit.

Manifestum est porro omni illi, qui sobrie rerum naturam considerare ingreditur, nullam rem esse, quæ divinæ illi et beatæ vitæ commensuretur. Nam natura divina non continetur tempore, sed ab illa tempus est. Creatura vero a certo et noto initio ad præfixam sibi metam per temporalia intervalla decurrens fertur, adeo ut ejus quidem, quemadmodum sapiens alicubi Salomon ait, liceat principium, finem et medium invenire, temporariis quibusdam sectionibus et divisionibus seriem eorum, quæ in ipsa sunt, designantia. At suprema illa et beata natura, quam nullum temporis spatium comitatur, nihil habet, quo mensuretur et contineatur; omnia enim, quæ facta sunt, propriis quasi ambitibus, divinæ sapientiæ arbitratu descripta, tanquam terminis quibusdam congruenti modo, ad hujus universitatis decorem, et concinnam coagmentationem, comprehenduntur; quocirca licet humanæ imbecillitati ratio eorum, quæ in creatis rebus apparent, sit investigabilis, attamen omnia Conditoris potentia finita et certis limitibus circumscripta esse et intra metas creaturæ contineri, minime dubium est. At vero vis efficiens rerum, quæ in seipsa rerum creaturarum naturam circumscribit, termino circumscribente caret, omnemque intelligendi vim, quæ ad principium divinæ naturæ pervenire contendit, intra seipsam concludit et terminat, quippe transcendens omnem curiositatem et conatum qui ad terminum ejus, quod interminatum est, penetrare nititur; omnis enim ascensus et mentis contentio post temporis rerumque temporalium intervalla tantum duntaxat evehetur, ut videre possit ejus, quod quæritur, imperscrutabilem rationem, ita ut terminus et modus humanarum cogitationum, motionis et actionis, videatur esse tempus, et ea, quæ in tempore sunt, quæ supra hæc posita sunt, cogitationibus nostris investigabilia, et impenetrabilia inane, utpote procul sejuncta ab omnibus illis, quæ in humanam cogitationem cadere possunt. Ea enim, quibus neque figura est, neque locus, neque magnitudo, neque mensura temporaria, neque aliud quidpiam ex his,

Puto enim cuivis, qui vel obiter animum ad hæc advertere velit, manifestum esse, universi hujus Conditorem, tempora et spatia loci, velut intervallum quoddam quo res producendæ recipere-

tur, præparavisse, et in illis res omnes creasse. Neque enim fieri potest, ut aliquid quod vel creatur vel nascitur, non habeat esse suum vel in loco vel in tempore. At vero illa nullius indigens et sempiterna, et quæ omnia suo complexu comprehendit natura, neque in loco est, neque in tempore, sed ante hæc est, et supra hæc inenarrabili quadam ratione, ipsaque in seipsa sola fide conspicitur, neque sæculis circumscripta, neque cum tempore decurrens, sed in seipsa consistens et in seipsa velut fundata et solidata, in qua neque præteritum, neque futurum invenias: nihil enim ipsius extra ipsam est, quo transeunte aliud quidem prætereat, aliud vero futurum sit. Hæc enim propriæ sunt affectiones rerum creaturarum, spei et memoriæ causa, vita varie divisa, secundum divisionem temporis. At in illa suprema et beata potestate, cui omnia æqualiter de præsentibus adsunt, etiam id quod futurum est, ob illam infinitam comprehendendi vim, inesse consideratur.

Ipsa itaque est substantia, in qua, ut Apostolus ait, omnia constituta sunt, etiam singularia, in qua vivimus, movemur, et sumus²⁰: quæ omni principio superior est, neque ulla suæ naturæ argumenta præbet, sed hæc sola nota cognoscitur, quod comprehendere nequeat; nam hæc nota ei est quam maxime propria, omni nota omnique caractere ad intelligendum accommodato superiore esse. Creatura igitur eo ipso quod sua in ratione cum increato non convenit, a comparatione et communione sui Conditoris discernitur, diversitate, inquam, substantiæ, quodque in seipsa exhibeat rationem quasi demonstratricem, quod cum eo ex quo existit, nihil commune possideat. At vero divina natura procul abest ab omnibus illis proprietatibus et cognoscendi indicibus, quæ creaturis inesse considerantur; hinc et infra se relinquit omnes temporis sectiones, prius dico et posterius, omnes de loco cogitationes, ut nec superius de ea proprie affirmari queat. Omne enim quod spectatur in increata illa natura, supra est, et principium est, et rationem rei maxime proprie dictæ habet.

Cum igitur hactenus demonstratum sit, unigenitum Filium et Spiritum sanctum non inter creaturas quæri, sed supra omnes creaturas evectos credi debere; fieri fortassis poterit, ut creaturæ per studium et contentionem eorum, qui circa hæc talia laboriose occupantur, principium proprium reperiat: at quod supra creaturæ sortem est, id hoc modo et mediè nunquam sub cogitationem cadet, cum nullum indicium, quo ad cognitionem quasi manu ducamur, in eo ante temporis ortum liceat invenire. Si ergo in increata illa natura non modo res, sed et nomina miranda inesse cogitantur, Pater videlicet et Filius, et Spiritus sanctus, quomodo fieri potest, ut quod mens curiosa, et pluribus quam par est intenta, in his rebus inferioribus anim-

Α εν τούτοις κτίζει τὰ πάντα. Οὐ γὰρ ἐνδέχεται τι τῶν διὰ κτίσεως γερονότων, ἢ γινομένων μὴ πάντως ἢ ἐν τόπῳ, ἢ ἐν χρόνῳ τὸ εἶναι ἔχειν· ἢ δὲ ἀπροσδεής, καὶ ἀίδιος, καὶ τῶν ὄντων ἐμπειρικτικὴ φύσις οὐκ ἐν τόπῳ ἐστίν, οὔτε ἐν χρόνῳ, ἀλλὰ πρὸ τούτων, καὶ ὑπὲρ ταῦτα κατὰ τὴν ἀφραστον λόγον, αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς διὰ μόνης πίστεως θεωρεῖται, οὔτε αἰῶσι παραμετρούμενη, οὔτε χρόνοις συμπαρatreχούσα, ἀλλ' ἐφ' ἑαυτῆς ἐστῶσα, καὶ ἐν ἑαυτῇ καθιδρυμένη, οὔτε τῷ παρῳηγκότι, οὔτε τῷ μέλλοντι συνθεωρουμένη· οὐδὲ μὴν ἐστὶ τι παρ' αὐτὴν, ἔξω αὐτῆς, οὐ παροδύοντος τὸ μὲν τι παρέρχεται, τὸ δὲ μέλλει. Ταῦτα γὰρ ἴδια τῶν ἐν τῇ κτίσει τὰ πάθη πρὸς ἐλπίδα καὶ μνήμην κατὰ τὴν τοῦ χρόνου διαίρεσιν τῆς ζωῆς σχιζομένης. Ἐκείνη δὲ τῇ ὑψηλῇ καὶ μακαρίᾳ δυνάμει, ἢ πάντα κατὰ ἐνεστώτως ἀεὶ πάρεστιν ἐπίσις, καὶ τὸ προσδοκώμενον ὑπὸ τῆς περιεκτικῆς πάντως δυνάμεως ἐγκρατοῦμενον καθορᾶται.

Αὕτη τοίνυν ἡ οὐσία ἐστίν, ἐν ἣ πάντα, καθὼς φησιν ὁ Ἀπόστολος, συνέστηκε, καὶ οἱ καθέκαστον εἶναι μετέχοντες, ζῶμέν τε καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν, ἢ ἀνωτέρα μὲν πάσης ἀρχῆς, σημεῖα δὲ τῆς ἰδίας φύσεως οὐ παρεχομένη, ἀλλ' ἐν μόνῳ τῷ μὴ δύνασθαι καταληφθῆναι γινωσκομένη. Τοῦτο γὰρ αὐτῆς ἰδιαιτάτον γνώρισμα, τὸ παντὸς χαρακτηριστικοῦ νοήματος ὑψηλοτέραν αὐτῆς εἶναι τὴν φύσιν. Ἡ τοίνυν κτίσις διὰ τὸ μὴ τὸν αὐτὸν τῷ ἀκτίστῳ λόγον ἔχειν, αὐτῷ τούτῳ τῆς πρὸς τὸν πεποιηκότα συγκρίσεώς τε καὶ κοινωνίας χωρίζεται, τῇ κατὰ τὴν οὐσίαν λέγω διαφορᾷ, καὶ τῷ, ἴδιον ἐφ' ἑαυτῇ τὸν παραστατικὸν τῆς φύσεως ἐπιδέχεσθαι λόγον, οὐδὲν ἐπικοινωνοῦντα τῷ ἔξ οὗ γέγονεν. Ἡ δὲ θεία φύσις πάντων τῶν ἰδιαζόντως ἐπιθεωρουμένων τῇ κτίσει σημεῖον ἄλλοτριῶς ἔχουσα, κάτω ἑαυτῆς καταλείπει τὰ τε χρονικὰ τμήματα, τὸ πρεσβύτερον λέγω καὶ τὸ νεώτερον, καὶ τὰς τοπικὰς ἐπινοίας, ὡς μήτε ἀνώτερον ἐπ' αὐτῆς τι κυριῶς λέγεσθαι. Πᾶν γὰρ τὸ νοουμένον ἐπὶ τῆς ἀκτίστου δυνάμεως, ἄνω ἐστὶ, καὶ ἀρχὴ ἐστὶ, καὶ τὸν τοῦ κυριωτάτου λόγον ἐπέχει.

Ἐπεὶ οὖν δέδεικται διὰ τῶν εἰρημένων μὴ ἐν τῇ κτίσει τὸν μονογενῆ Υἱὸν, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα διερευνηθῆναι, ἀλλ' ἄνω τῆς κτίσεως πιστεύειν εἶναι· ἢ μὲν κτίσις ἐπὶ τίνος ἰδιαζούσης ἀρχῆς διὰ τῆς φιλοπραγμοσύνης τῶν τὰ τοιαῦτα ζητεῖν φιλονεικούντων ἰσως καταληφθῆσεται· τὸ δὲ ὑπὲρ ταύτην, οὐδὲν ἂν διὰ τούτων μάλλον εἰς γνώσιν ἔλθοι, οὐδενὸς ἐν αὐτῷ σημεῖου δεικτικῷ πρὸ τῶν αἰώνων εὐρισκομένου. Εἰ οὖν ἐν τῇ ἀκτίστῳ φύσει νοεῖται τὰ θαυμαστά πράγματα τε καὶ ὀνόματα, ὁ Πατήρ, καὶ ὁ Υἱός, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πῶς ἐστὶ δυνατόν, ὅπερ ἐπὶ τῶν κάτω περιεργαζομένη καὶ πολυπραγμονοῦσα καταλαμβάνει ἡ ἔνοια, ἕτερον ἑτέρου συγκριτικῶς ὑποτιθεῖσα, διὰ τίνος χρονικοῦ διαστήματος, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ἀκτίστου καὶ προαιωνίου νομίζειν οὐσίας

²⁰ Act. xvii, 28

είναι· ἐν ᾧ Πατήρ μὲν ἀναρχος, καὶ ἀγέννητος, καὶ ἀειπαισιος· ἐξ αὐτοῦ δὲ κατὰ τὸ προσεχὲς ἀϊαστάτως ὁ μονογενὴς Υἱὸς τῷ Πατρὶ συνεπινοεῖται· ἐκ αὐτοῦ δὲ καὶ μετ' αὐτοῦ, πρὶν τι κενὸν τε καὶ ἀνυπόστατον διὰ μέσου παρεμπεσεῖν κῆγμα, εὐθὺς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον συνημμένως καταλαμβάνεται· οὐχ ὑστερίζον κατὰ τὴν ὑπαρξιν μετὰ τὸν Υἱόν· ὥστε ποτὲ τὸν Μονογενῆ δίχα τοῦ Πνεύματος νοηθῆναι· ἀλλ' ἐκ μὲν τοῦ Θεοῦ τῶν ὄλων, καὶ αὐτὸ τὴν εἰσίαν ἔχον τοῦ εἶναι, ὅθεν καὶ τὸ μονογενὲς ἐστὶ φῶς, διὰ δὲ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἐκλάμψαν· οὔτε διασηματι, οὔτε φύσεως ἐτερότητι τοῦ Πατρὸς, ἢ τοῦ Μονογενοῦς ἀποτεμένεται. Διάστημα μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς προαιωνίου φύσεως οὐκ ἐστὶν· ἡ δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν ἕκαστὸν οὐδεμία. Οὐδὲ γὰρ ἐστὶ δυνατόν ἀκτίστον πρὸς ἀκτίστον διαφορὰν ἐννοῆσαι· ἀκτίστον δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὼς ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἀποδείκνυται λόγοις.

in natura diversitas : neque enim fieri potest, ut increatum ab increato, quoad naturam, diversum sit. Est autem Spiritus sanctus increatus, quemadmodum superiori disputatione demonstratum est.

Τούτων οὕτως ἔχειν ὑπειλημμένον παρὰ πᾶσι τοῖς καταδεχομένοις τὸν ἰδιωτισμὸν τοῦ ἀπλοστέρου κηρυγματος, τίνα καιρὸν ἔχει τὴν τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα συνάφειαν διὰ τῆς κτίσεως ἀναλύειν πειρασθαι, ὡς ἐκτὸς εἶναι τι καὶ ταύτῃ συναίτιον, ἢ καὶ τὸν Υἱὸν μεταγενέστερον οἰεσθαι; Ὅυτε γὰρ ἡ γέννησις τοῦ Μονογενοῦς ἐντὸς τῶν αἰώνων, οὔτε ἡ κτίσις πρὸ τῶν αἰώνων, ὥστε οὐδὲν τρόπον προσήκει τὴν ἀδιάστατον φύσιν καταμερίζεσθαι· καὶ μεταξὺ τῆς πάντων ποιητικῆς αἰτίας, διαστηματικῆν τίνα παρενεβρίειν ὑπόνοιαν ἐν τῷ λέγειν, ποτὲ μὴ εἶναι τὸν πᾶσι δεδοκῆτα τὸ εἶναι.

Οὐκ οὖν ἀληθὴς ὁ προαποδοδεμένος λόγος, ὅτι τῆ μὲν ἀγεννησία τοῦ Πατρὸς ἢ τοῦ Μονογενοῦς ἀϊδιότης γεννητικῶς συνεπινοεῖται· εἰ δὲ τι διάστημα μεταξὺ νομισθεῖται, ᾧ ἡ γέννησις τοῦ Υἱοῦ τῆς τοῦ Πατρὸς ζωῆς θετέμενται, τούτῳ καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς ζωῆς τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ ὀρισθῆσεται, ὅπερ ἀτοπον. Τὴν δὲ κτίσιν καλεῖ οὐδὲν ἄλλο τι· οὐσαν κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν παρὰ τὸν κτίσαντα ἀπὸ τίνος ἰδιαζούσης νοηθῆναι ἀρχῆς, καθὼς ἔφαμεν, κατ' οὐδὲν τῆ ἀκηράτῳ καὶ προαιωνίῳ φύσει συμβαίνουσιν. Τὸ γὰρ ἐκ μὴ δυνάτων, ἢ, ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ἐκ μὴ φαινομένων, οὐρανόν, ἢ γῆν, ἢ ἄλλο τι τῶν ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένων γεγενῆσθαι λέγειν, οὐδεμίαν τῷ Ποιητῇ τῶν ὄλων ἀδοξίαν προστρέφεται· ἐπεὶ καὶ μαμαθήχαμεν παρὰ τῆς θείας Γραφῆς, μήτε ἐξ αἰδίου ταῦτα εἶναι, μήτε εἰσαεὶ διαμένειν. Εἰ δὲ τι τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι πιστευομένων μὴ αἰεὶ συνυπάρχειν τῷ Πατρὶ πιστευθεῖν, ἀλλὰ τις κατὰ τὸν τῆς αἰρέσεως λόγον ἐπινοηθεῖν διάνοια γυμνοῦσά ποτε τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν τῆς τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δόξης, οὐδὲν ἕτερον, ἢ παντὸς ἀγαθοῦ καὶ θελοῦ πράγματός τε καὶ κινήματος, κατὰ τὸν τῆς αἰρέσεως λόγον, ὁ Θεὸς κεραισμένος ἐπιδειχθήσεται. Εἰ δὲ αἰεὶ ἐνδοξος ὁ Πα-

A advertit, ut scilicet altera alteri collata superior sit et prior, secundum aliquam temporis durationem, hoc etiam in increata illa et æterna natura inesse existimet? in qua Pater principii expers, et ingenitus, et semper Pater concipitur, ex ipso autem unigenitus Filius, sine ulla interruptione et divulsione, una cum Patre intelligitur, cum ipso vero et per ipsum, antequam nescio quomodo inane, et quiddam non subsistens, tanquam medium interveniret, statim etiam et conjunctim Spiritus sanctus concipitur, non posterior Filio secundum suam subsistentiam, quasi possit aliquando unigenitus Filius intelligi absque Spiritu sancto, qui et ipse ex universorum Deo sui subsistentiæ originem habet, a quo etiam unigenitum illud lumen est de vero lumine resplendens : neque diversitate durationis, neque natura a Patre vel Unigenito separatur. Durationis namque intercapedo non est in sempiterna illa natura, neque

in natura diversitas : neque enim fieri potest, ut increatum ab increato, quoad naturam, diversum sit. Est autem Spiritus sanctus increatus, quemadmodum superiori disputatione demonstratum est.

Cum igitur hæc ita sese habeant, consensu omnium illorum, qui veræ et sanæ fidei simplicitatem amplectuntur, non nisi intempestivum apparet, Filii cum Patre conjunctionem dissolvere velle per id, quod est creaturæ, quasi necesse sit, vel huic etiam aliquid coæternum, vel certe Filium Patre posteriorem fore. Nam generatio Filii tempore non concluditur, neque creaturæ tempore antiquior est. Itaque nullo modo convenit naturam indivisam et inseparatam partiri et dissecare, et inter causam omnium rerum effectricem, intercapedinem quamdam durationis cogitatione interjicere, ut scilicet affirmetur aliquando non fuisse illum, qui omnibus fuit auctor, ut sint.

D. Verum ergo est, quod asseruimus, nempe quod cum Patris innascibilitate unigeniti Filii æternitas nascibiliter conjuncta consideretur; si quis autem putet intervallum intercessisse, quo generatio Filii a Patris vita separaretur, is hoc ipso etiam Deo universorum principium vitæ et subsistentiæ attribuat, quod absurdissimum est. Nihil vero prohibet creaturam, utpote a suo Creatore diversam, considerari tanquam a proprio quodam initio procedentem, ut diximus, quod in illam immortalem et æternam naturam nullo pacto convenire potest; dicere enim *ex non entibus*, vel, ut Apostolus ait, *ex non apparentibus* ²¹, vel invisibilibus cælum vel terram aut aliquid eorum quæ in creaturarum ordine censentur, existitisse, nullam injuriam universorum Conditori affert, cum ex Scriptura compertum nobis sit, hæc neque ab æterno fuisse, neque in æternum fore. At si quid eorum, quæ in Trinitate inesse credantur, credatur non semper Patri coexistitisse; et si convenienter hæreticorum institutis et placitis, admittatur ejusmodi cogitatio, quæ Deum omnium gloria Filii et Spiritus sancti denudet et spoliât, tunc nihil aliud sequitur ex hæreticorum

²¹ Hebr. xi, 1.

istorum opinione, quam quod Deus omni bonitate et divinitate, divinitatique competente existimatione spoliatus apparebit. At si suam gloriam semper habet Pater, qui est ante æcula, gloria vero Patris est æternus Filius, similiter et Filii gloria Spiritus sanctus, qui una cum Filio et Patre semper consideratione cernitur, undenam sapientissimus iste, et ex quali disciplina in æternis temporisque expertibus statuit prius et antiquius, et honorabilius seu dignius in iis quæ sua natura sunt æque honorabilia et digna, unum alteri per comparationem præferens, qui hoc ipso quod primas honoris uni defert, sic quod deinceps est inhonorat et injuria afficit? Nam quorsum teudat distinctio ista præstantioris et honorabilioris, neminem latet.

ε'. Πάλιν τὴν Κύριον αὐτὸν, καὶ Θεὸν καὶ δημιουργὸν τῆς πίσεως τε νοητῆς καὶ αἰσθητῆς κτίσεως ὁ Ἐννόμος καλεῖ, παρὰ τοῦ Πατρὸς τῆν δύναμιν τῆς δημιουργίας, καὶ τὴν ἐπιτροπὴν ἐλληφόρα, καθάπερ χειροτέχνης παρὰ τοῦ μισθομένου τὴν δημιουργίαν ἐπιτραπείας, ἐπίκτητόν τε καὶ ἐξωθεν τῆς δημιουργίας τὴν δύναμιν ἐλληφόρα ἐκ τῆς ἀποκληρωθείσης αὐτῷ δυνάμει κατὰ τὴν ποιὰς τῶν ἀστέρων ἐπιπλοκάς τε καὶ ἀποστάσεις, τῆς εἰμαρμένης ἐπικλωθύσεως τοῖς τικτομένοις τὰς ἀποκληρώσεις τῶν ἀγίων. Καὶ τὰ πολλὰ παρατρέχων ἐκ τῶν παρ' αὐτοῦ γεγραμμένων, τὴν βλασφημίαν ἐλέγχει ἡγῆ καὶ ἀγγέλοις ὁμοίως γεγονότα τὸν ποιητὴν τῶν ἀπάντων, καὶ μὴδὲν τῆς πάντων γενέσεως τὴν τοῦ Μονογενοῦς ἀπαρθεῖν ὑπόστασιν· μήτε θεῖον μυστήριον, μήτε ἔθος, μήτε τιτὶ τῶν τῆς θεοσεβείας διδασκάλων πειθόμενον πρὸς τὴν τῆς εὐσεβείας εὐρεσιν, εἰ μὴ Μαριγαίου. Κόλουθου, Ἀρειοῦ, Ἀετίου, καὶ τοὺς κατ' αὐτούς, Ἰῆρον πάντα τὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ πάλῃ τὸν τῆς Ἐκκλησίας ἔθνη, καὶ σεβάσμα ἡγούμενον μυστήρια· μὴδὲν τῶν Ἑλλήνων διαφέρων, οἱ μὲν γὰρ Θεὸν ὑπερέχοντα τῶν ἄλλων ἐκ τοῦ καθ' ἡμᾶς ὑπέλαβον δόγματος. Οὕτως οὖν καὶ ὁ ῥέος οὗτος εἰδωλωλόττης ὁμοίως κηρύσσει καὶ εἰς δημιουργὸν καὶ κτίστην τὸ βάπτισμα γίνεσθαι, μὴ δεδιώς τὴν ἀρίαν τῶν προσθήκων ἢ ἐλλείψιν ἐν ταῖς θείαις ποιούμενων Γραφαῖς· Ἀντιχριστόν τε τοῦτον ἀποδεικνύς, τὸν λόγον πλήρει.

Enimvero ad ea quæ deinceps sequuntur, pergamus. Cum ipse Unigenitus, inquit, reddat Patri quæ soli pro dignitate debetur cognominationem. Qui enim boni appellationem illi soli convenire docuit, qui et suæ et omnis bonitatis est auctor, etiam quodcumque bonum et quod est, et quod sit, in illum refert: vix enim eorum quæ fiunt, potestatem et entis nomen sibi vindicavit. Quod usque igitur quibusdam velamentis suboccultans blasphemiam ratiocinationum ambagibus et circuitibus sensim et latenter in errorem et fraudem incautos pellexit, mentem oportere adhibere putavi his quæ clam dolose et maligne ageret; et quoad fieri potest, oratione interitum et perniciem nudare ac detegere. Quoniam autem cuncti fallaci larva mendacio Jenudato, claram in dictione blasphemiam exponit: supervacaneum arbitror adversus eos qui impietatem non negant, per ratiocinationes factas

Ἄλλὰ καὶ πρὸς τὸ ἐφεξῆς τοῦ λόγου προέβημεν αὐτοῦ, φησί, τοῦ Μονογενοῦς ἀποδιδόντος τῷ Πατρὶ τὴν μόνω κατ' ἄξιαν ὀρειλομένην ἐπωνυμίαν. Ὁ γὰρ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ πρόσρησιν μόνω προσήκειν διδάσκει ἐκείνῳ τῷ καὶ τῆς σφετέρας καὶ πάσης ἀγαθότητος αἰτίῳ, καὶ πᾶν τό τε ὄν καὶ γινόμενον ἀγαθὸν ἐκ' ἐκείνου φέρει. Σχολῆ γὰρ τῶν τότε γινόμενων ψκειώσατο τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν τοῦ ὄντος ἐπωνυμίαν. Ἔως μὲν οὖν τισὶ προκαλύμμασιν ὑποκρύπτων τὴν βλασφημίαν ταῖς τῶν λογισμῶν περιόδοις, κατὰ τὸ λεληθὸς τοὺς ἀπατωμένους προσήγετο, προσέχειν ζῆμιν δεῖν τὸν νοῦν τοῖς κατὰ τὸ λαυθάνον κακούργουμένοις, καὶ ὡς ἦν οἶόν τε παραγυμνοῦν τῷ λόγῳ τὸν βλεπόν. Ἐπεὶ δὲ παντὸς ἀπατηλοῦ προσωπεῖται τὸ ψεῦδος ἀπογυμνώσας, λαμπρὰν ἐπὶ λέξεως τὴν βλασφημίαν ἐκτίθεται, περὶ τὸν ἡγούμενον τοῖς οὐκ ἀρνούμενοις τὴν ἀσέβειαν τοὺς διὰ τῶν λογισμῶν ἐλέγχους ἐπάγων, μάταιον ὑπομένειν

δχλον. Τί γάρ ἄν πλέον εὐρεθείη παρ' ἡμῶν εἰς τὴν
 τῆς κακονοίας ἀπόδειξιν, οἷόν ἐστι τὸ ἐκ τοῦ προ-
 χειροῦ παρ' αὐτῶν ἐν τοῖς γεγραμμένοις ἐπιδεικνύ-
 μενον; Μόνον ἄξιον τῆς τοῦ ἀγαθοῦ προσηγορίας
 φησὶ τὸν Πατέρα· μόνω ἐκείνω τὴν τοιαύτην ἐπωνυ-
 μίαν ὀφείλεσθαι, ὡς καὶ τοῦ Υἱοῦ συντιθεμένου τὸ
 μόνω προσήκειν ἐκείνω τὴν ἀγαθότητα. Ἀπολελόγηται
 ὑπὲρ ἡμῶν ὁ κατήγορος· τάχα γάρ τις ἐπιπραστῆς
 ἐν τοῖς κατόπιν ἐνομιζόμεν τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἐν οἷς
 ἀπεδείκνυον ἄλλοτριον τῆς πατρικῆς ἀγαθότητος τοὺς
 χριστομάχους κατασκευάζειν τὸν Κύριον. Ἀλλὰ νῦν
 οἴμαι διὰ τῆς τῶν ἐναντιῶν ὁμολογίας ἀποδεδείχθαι
 τὸ μὴ συκοφαντικῶς ἡμᾶς τὸ τοιοῦτον ἐγκλημα τοῖς
 ἐχθροῖς ἐπιφέρειν. Ὁ γὰρ μόνω τῷ Πατρὶ κατ' ἀξίαν
 ὀφείλεσθαι τοῦ ἀγαθοῦ τὴν ἐπωνυμίαν λέγων, κακείνω
 μόνω προσήκειν εἰπὼν τὴν τοιαύτην φωνήν, τὴν περι-
 εσταλμένην ἐν τοῖς προάγουσι πονηρίαν νῦν ἀνακε-
 καλυμμένην δημοσιεύει τὸν λόγῳ. Μόνω φησὶ τῷ
 Πατρὶ προσήκειν τοῦ ἀγαθοῦ τὴν ἐπωνυμίαν. Ἄρα
 μετὰ τῆς ἐγκειμένης τῆ φωνῆς σημασίας, ἢ διεξευγμέ-
 νην τῆς οἰκείας ἐμφάσεως; Εἰ μὲν οὖν τὸ ὄνομα τοῦ
 ἀγαθοῦ μόνον ἀνατίθῃ τῷ Πατρὶ κατ' ἐξαιρέτον,
 ἐλείνδς ἂν εἴη τῆς ἀλογίας, ῥήματος διακένου φόφον
 τῷ Πατρὶ χαριζόμενος. Εἰ δὲ τὸ νόημα τὸ διὰ τοῦ ἀγα-
 θοῦ σημαϊνόμενον, μόνω προσήκειν οἰεται τῷ Θεῷ καὶ
 Πατρὶ, βδελυκτὸς ἂν εἴη τῆς ἀσεβείας, τῶν Μανιχαίων
 τὴν νόσον ἐπὶ τῶν ἰδίων δογμάτων ἀνανεούμενος. Ὡς
 γὰρ ὕγεια καὶ νόσος, οὕτως καὶ ἀγαθότης καὶ πονηρία
 ταῖς ἀλλήλων ἀναίρεσσι παρυφίστανται· ὥστε τὴν
 τοῦ ἐνδς ἀπουσίαν, ὑπαρξίν τοῦ ἐτέρου γίνεσθαι. Εἰ
 οὖν μόνω τῷ Πατρὶ προσήκειν λέγει τὴν ἀγαθότητα,
 ἀποκλείει ταύτης πᾶν ὃ τι πάρεστιν ἐν τοῖς οἷσι παρὰ
 τὸν Πατέρα νοούμενον, ὥστε τοῖς πᾶσι καὶ τὸν μονο-
 γενῆ Θεὸν τοῦ ἀγαθοῦ συναπείργεσθαι. Ὡς γὰρ ὁ
 μόνον γελαστικὸν εἶναι λέγων τὸν ἄνθρωπον, τὸ μὴδὲν
 τῶν λοιπῶν ζώων τῆς ἰδιότητος ταύτης μετέχειν συν-
 ενεδείξατο· οὕτως ὁ ἐν μόνω τῷ Πατρὶ τὸ ἀγαθὸν
 εἶναι ἀποφηνάμενος, χωρίζει τὰ πάντα τῆς κατὰ τὸ
 ἀγαθὸν ἰδιότητος. Εἰ οὖν μόνος ὁ Πατὴρ κατ' ἀξίαν
 ὀφειλομένην ἔχει τοῦ ἀγαθοῦ τὴν ἐπωνυμίαν, καθὼς
 φησὶν ὁ Εὐνόμιος, οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἢ τοιαύτη φωνὴ
 κυρίως ἐφαρμοσθήσεται. Πᾶσα δὲ προαίρεσις ὀρη-
 τικῆ, ἥτοι κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐνεργεῖται πάντως, ἢ πρὸς
 τὸ ἀντικείμενον φέρεται. Τὸ γὰρ πρὸς οὐθέτερον
 ἐπιβρέπῳς ἔχειν, ἢ τῶν ἀψύχων ἴδιον, ἢ τῶν ἀναι-
 σθήτων ἐστίν. Εἰ τοίνυν μόνος ὁ Πατὴρ ἀγαθός, οὐκ
 ἐπίκτητον ἔχων, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τὴν ἀγαθότητα, οὐ
 κοινώνει δὲ τῷ Πατρὶ τῆς φύσεως ὁ Υἱός, καθὼς ἡ αἰ-
 ρεσις βούλεται· ὁ τῆς ἀγαθῆς οὐσίας ἀμέτοχος, καὶ
 τῆς τοῦ ἀγαθοῦ πάντως ἐπωνυμίας συνηλλοτριῶται.
 Ὁ δὲ μήτε τῆς φύσεως τοῦ ἀγαθοῦ, μήτε τῆς ἐπω-
 νυμίας μετέχων, οὐκ ἀγνοεῖται πάντως ὅστις ἐστὶ,
 κἂν ἐγὼ φείσωμαι τοῦ βλασφημοῦ ὀνόματος. Παντὶ
 γὰρ δῆλον ἐστὶν ὅτι τὸ πονηρὸν τε καὶ ἀντικείμενον
 εἰς τὴν τοῦ Υἱοῦ ἔνοιαν ὑποβληθῆναι φιλονεικεῖ ὁ
 Εὐνόμιος. Ὁ γὰρ μὴ ἀγαθός, πρὸς ποῖον ὄνομα οἰ-
 κείως ἔχει, παντὶ φανερόν τῷ διανοίας μετέχοντι.
 Ὡς γὰρ ὁ μὴ ἀνδρείος, δεῖλδς, καὶ ὁ μὴ δίκαιος,
 ἀδικος, καὶ ὁ μὴ σοφὸς ἄφρων ἐστίν· οὕτως καὶ ὁ

reprehensiones inducendo, frustra sustinere tur-
 bam. Quid enim amplius a nobis inveniri possit
 ad malevolentiae demonstrationem, quam quod in
 promptu ab ipsis in scriptis ostenditur, solum ap-
 pellatione boni dignum Patrem esse? Illi soli, ait,
 talem appellationem deberi, ut Filio etiam asti-
 pulante illi soli bonitas competat. Pro nobis cau-
 sam egit accusator; fortassis enim sycophanta
 quidam et calumniator lectoribus existimabar in
 his quæ prius a me scripta sunt, in quibus Christi
 oppugnatores Dominum alienum et semotum esse
 a paterna bonitate præstruere demonstrabam. Sed
 nunc opinor per adversariorum confessionem de-
 monstratum esse, non malitiose et calumniose nos
 tale crimen inimicis inferre. Qui enim soli Patri
 pro dignitate boni appellationem deberi asserit,
 et talem vocem illi soli convenire qui dixit, con-
 tractam in præcedentibus improbitatem nunc aperto
 et revelato sermone publicat. Soli inquit Patri
 convenire boni denominationem. Utrum cum in-
 sita voci significatione, an vero disjunctam a pro-
 prio significato? Si igitur solum boni nomen Patri
 attribuit per excellentiam, miserabilis fuerit ob
 dementiam, inanis verbi strepitum Patri gratificans.
 Quod si notionem quæ boni nomine significatur,
 soli Deo et Patri convenire putat, execrabilis et
 abominandus fuerit impietatis causa, ut qui Ma-
 nichæorum morbum in suis decretis renovet: ut
 enim sanitas et morbus, sic bonitas et improbitas
 mutuis sublationibus subsistunt: ita ut unius ab-
 sentia, alterius existentia fiat. Ergo si Patri soli
 bonitatem autumat convenire, ab hac excludit
 quidquid in rerum natura intelligitur, excepto Pa-
 tre. Ita ut cum omnibus etiam unigenitus Deus a
 bono excludatur: ut enim qui dicit solum homi-
 nem risui aptum esse natura, nullum reliquorum
 animalium hujus proprietatis particeps esse simul
 demonstravit: sic qui in Patre solo bonum esse
 pronuntiavit, omnia separat a proprietate boni. Si
 igitur solus Pater pro dignitate debitam habet boni
 nominationem, sicut ait Eunomius, nulli aliorum
 vox talis proprie applicabitur. Omnis autem electio
 quæ motu voluntario fertur, vel secundum bonum
 prorsus operatur, vel ad contrarium fertur. Nam
 ad neutrum propendere, vel eorum quæ carent
 anima proprium est, vel eorum quæ sensu privan-
 tur. Si igitur solus Pater bonus, non adventitiam,
 sed natura insitam habens bonitatem, non com-
 munem autem cum Patre obtinet naturam Filius,
 sicut vult hæresis: qui bonæ essentiæ est exsors,
 et a boni etiam nominatione prorsus est alienus.
 Qui autem neque boni naturæ, neque appellationis
 est particeps, non profecto ignoratur quisnam est,
 etiamsi ego maledico et impio nomini parcam. Cui-
 vis enim manifestum est, quod improbum quid-
 dam et contrarium in Filii notionem submittere
 maligne contendit Eunomius. Qui enim non bonus
 est, quo nomine sit proprie appellandus, cuius ratio-
 nis discursus participi perspicuum est. Sicut

enim qui non est fortis, timidus est; qui non justus, injustus; qui non sapiens, amens est: sic qui non bonus, perspicuum est quod ex adverso respondens habet nomen: ad quod Unigeniti notionem extrudere Christi oppugnator violentus nititur: alius Manes, vel Bardesanes Ecclesiae factus. Hæc sunt in quibus nihil esse nostrum sermonem dicimus silentio efficaciorum. Infinita quis prolucutus, quique omnes ratiocinationes commoverit, nihil tale ad accusationem dixerit, quale ab illis ipsis libere prædicatur. Quid enim ad improbitatem quis invenerit acrius quam negare bonum esse eum qui in forma Dei est, quique non est arbitratus rapinam esse Deo æqualem? sed qui ad humilitatem naturæ humanæ descendit, idque pro sola sua in genus humanum benevolentia hoc fecerit? Cujus causa, dic mihi, hæc Domino redditis? utar enim Moseos ad Israelitas voce. Non bonus, qui te cum pulvis inanimus esses, divina forma exornatum, animatam imaginem suæ potentiae erexit? Non bonus qui propter te forma servi sumpta, et pro gaudio præsentis, tui peccati afflictiones et cruciatus abstersit, et pro tua morte se pretium dedit, et pro nobis maledictum sive execratio et peccatum factus est?

Neque Marcion vestrorum decretorum præses, vos in hac parte emendaverit, cui cum vestra sententia communis est deorum dualitas, commune etiam alterum ab altero secundum naturam differre, putare. Sed hoc humanius est, quod Deo Evangelii bonitatem attribuit; vos autem unigenitum Deum a boni natura discernitis, ut etiam ipsum Marcionem dogmatis vestri pravitate præcedatis. Sed sua scripta defendunt, et negant se justa perpeti, dum pro verbis Scripturæ accusantur. Ipsum enim asserunt Dominum dixisse: *Nul- lus bonus est nisi unus Deus*¹. Ergo ne adversus divina verba calumnia vim habeat, ipsum evangelicum sermonem breviter dispescamus. Juvenem hunc novit historia divitem, ad quem hanc vocem dixit Dominus: opinor hunc fuisse aliquem qui his vitæ commodis jucunde frueretur, quique suas opes amaret; ipsum enim doluisse Scriptura testatur ad consilium derelictionis divitiarum, quas ipse possidebat, et noluisse permutare suas opes cum vita æterna. Hic quoniam vitæ æternæ aliquem magistrum advenisse audierat, spe perpetuo fruendi deliciis, si in infinitum vita sibi extenderetur, boni appellatione Dominum blande captans nominavit, imo vero non eum quem intelligeret esse Dominum, sed eum quem in forma servi videret: non enim is erat, qui carnis operimentum posset dissindere, et divinitatis aditum introspicere. Qui igitur corda intuetur Dominus, sciebat ad quid spectans juvenis ille supplex oraverat, quod non utique ad divinitatem mentis aciem intentam haberet, sed hominem tantum rogabat magistrum ho-

μη ἀγαθὸς πρῶτον ἔχει τὸ ἀντιφωνούμενον ὄνομα· πρὸς δὲ τὴν τοῦ Μονογενοῦς ἔννοιαν ἐξωθεῖν ὁ χριστομάχος βιάζεται· ἄλλος Μάνης, ἢ Βαρδηςάνης τῇ Ἐκκλησίᾳ γινόμενος. Ταῦτά ἐστιν ἐν οἷς οὐδὲν τὸν λόγον ἡμῶν εἶναι φαμεν τῆς σωπῆς ἐνεργέστερον. Μυρία τις εἰπὼν καὶ πάντας λογισμοὺς ἀνακινήσας οὐκ ἂν εἴποι τοιοῦτον εἰς κατηγορίαν οὐδὲν, οἷον παρ' αὐτῶν ἐκείνων ἐν παρρησίᾳ κηρύσσεται. Τί γὰρ ἂν τις πρὸς κακίαν εὐροὶ πικρότερον, ἢ τὸ μὴ λέγειν ἀγαθὸν εἶναι τὸν ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχοντα, καὶ οὐκ ἀρπαγμὸν ἠγησάμενον τὸ εἶναι Ἰσα Θεῷ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ταπεινὸν τῆς ἀνθρωπίνης καταβάνα φύσεως, διὰ μόνην φιλανθρωπίαν τοῦ ποιήσαντα; Ἀντὶ τίνος οὖν, εἰπέ μοι, ταῦτα τῷ Κυρίῳ ἀνταποδίδοτε; χρήσομαι γὰρ τῇ Μωϋσέως πρὸς τοὺς Ἰσραηλίτας φωνῇ. Οὐκ ἀγαθὸς, ὅστις σε κόνιν ἀψυχοῦντα θεοειδεὶ κάλλει κατακοσμήσας, ἐμφύχον εἰκόνα τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἀνεστήσατο; Οὐκ ἀγαθὸς, ὁ διὰ σὲ μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς τὰ παθήματα τῆς σῆς ἀμαρτίας ἀναμαζάμενος, καὶ δοὺς ἑαυτὸν ἀντάλλαγμα τοῦ σοῦ θανάτου, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν κατάρτα καὶ ἀμαρτία γενόμενος;

Οὐδὲ Μαρκίων ἡμᾶς ὁ τῶν ὑμετέρων δογμάτων προστάτης, κατὰ τοῦτο μέρος ἐπανορθώσαιο· ἢ κοινὸν μὲν πρὸς τὸ ὑμέτερον φρόνημα τῶν Θεῶν ἢ δυὰς, καὶ τὸ παρηλλάχθαι κατὰ τὴν φύσιν ἑκάτερον πρὸς τὸ ἕτερον οἴεσθαι. Φιλανθρωπότερον δὲ τὸ τὴν ἀγαθότητα τῷ Θεῷ τοῦ Εὐαγγελίου προσμαρτυρεῖν. Ὑμεῖς δὲ καὶ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ φύσεως τὸν μονογενῆ Θεὸν ἀφορίζετε, ὡς ἂν καὶ τὸν Μαρκίωνα τῇ κακίᾳ τοῦ δόγματος ὑμῶν παραδράμοιτε. Ἄλλ' ἀντιλαμβάνονται τῶν γεγραμμένων, καὶ οὐ φασὶ δίκαια πάσχειν ὑπὲρ τῶν τῆς Γραφῆς ῥημάτων κατηγορούμενοι. Αὐτὸν γὰρ λέγουσιν εἰρηκῆναι τὸν Κύριον τὸ, *Οὐθεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἰς ὁ Θεός*. Οὐκοῦν ὡς ἂν μὴ καὶ κατὰ τῶν θείων ῥημάτων ἡ συκοφαντία τὴν ἰσχὺν ἔχοι, αὐτὸν τὸν Εὐαγγελικὸν λόγον ἐν ὀλίγῳ διαληψόμεθα. Νέον οἶδε τοῦτον ἡ ἱστορία τὸν πλούσιον, πρὸς ὃν φησι τὴν φωνὴν ταύτην Κύριος· ἀπολαυστικὸν οἶμαί τινα τῶν κατὰ τὸν βίον ἡδέων, καὶ φιλοκτημοναλυπεῖσθαι γὰρ αὐτὸν φησι πρὸς τὴν συμβουλήν τῆς τῶν προσόντων αὐτῷ ἀποκτήσεως, καὶ μὴ θ' ἐλεῖσθαι τῶν κτημάτων τὴν ζωὴν ἀνταλλάξασθαι. Οὗτος ἐπειδὴ τινα ζωῆς αἰωνίας ἐπιδημηκῆναι διδάσκαλον ἤκουσεν, ἐλπίδι τοῦ εἰς αἰὲ τρυφήσειν, παρατεινομένης αὐτῷ τῆς ζωῆς εἰς ἀτέλευτον, προσῆει θωπεύων τῇ τοῦ ἀγαθοῦ προσηγορίᾳ τὸν Κύριον, μᾶλλον δὲ οὐχὶ τὸν νοούμενον Κύριον, ἀλλὰ τὸν φαινόμενον ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ. Οὐ γὰρ τοιοῦτος, οἷος διασχεῖν τὸ κατὰπέτασμα τῆς σαρκὸς, καὶ διῆδεν ἰσχύσαι τὸ τῆς θεότητος ἄδυτον. Ὁ τοίνυν τὰς καρδίας ὁρῶν Κύριος, εἶδε πρὸς ὃ τι βλέπων ὁ νέος ἰκέτευεν, ὅτι οὐχὶ πρὸς τὸ θεὸν εἶχε τὴν ψυχὴν ἀτενίζουσαν, ἀλλὰ τὸν ἀνθρώπου ἐπιπᾶρει διδάσκαλον ἀγαθὸν ἑνομάζων διὰ

¹ Deut. xxxii, 6. ² Matth. xix, 17 sqq.

τὴν ἐλπίδα τοῦ μαθεῖν τὸ τοιοῦτο μάθημα, δι' οὗ κωλυθήσεται προσεδόκα τὸν θάνατον. Οὐκοῦν εἰκότως ὁ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ, οὗτος καὶ ἀποκρίνεται. Τῆς γὰρ ἐντεύξεως οὐ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον γεγενημένης, ἀκολούθως καὶ ἡ ἀπόκρισις ἐκ τοῦ ἀνθρωπίνου πρὸς τὸν ἰκατεῦοντα γίνεται, διπλῆν ἐπάγουσα τῷ νέῳ τὴν παιδευσιν. Διδάσκει γὰρ κατὰ ταῦτόν, ὅτι τε τῷ βίῳ προσήκει, καὶ οὐχὶ βημάτων εὐφημία θεραπεύειν τὸ Θεῖον, ἐν τῷ τὰς ἐντολάς ποιεῖν, καὶ προσόντων πάντων ὠνεῖσθαι τὴν αἰώνιον ζωὴν, καὶ ὅτι τὸ ἀνθρώπινον ἐν πονηρίᾳ διὰ τὴν ἁμαρτίαν γενόμενον, ἀποκρίεται τῆς κυρίας τοῦ ἀγαθοῦ κλήσεως. Καὶ διὰ τοῦτο φησι· *Τί με λέγεις ἀγαθόν*; Διὰ τοῦ εἰπεῖν, ἐμὲ, τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τὴν περὶ αὐτὸν ὑποδεικνύων τῷ λόγῳ· τῇ δὲ θεότητι προσμαρτυρήσας τὴν ἀγαθότητα, ἑαυτὸν ἀντικειρὸς ἀγαθὸν ἀπεφήνατο, τὸν ἀληθῶς ὑπὸ τοῦ Εὐαγγελίου Θεὸν κηρυσσόμενον. Εἰ μὲν γὰρ ἀπεσχοινέζοτο τῆς τοῦ Θεοῦ προσηγορίας ἕμοιογενῆς Υἱὸς, οὐκ ἦν ἄστοπον ἴσως τὸ ἀλλότριον αὐτὸν καὶ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ προσηγορίας οἰεσθαι.

Εἰ δὲ δὴ καὶ προφητῆται, καὶ εὐαγγελισταί, καὶ ἀπόστολοι διαβῶσι τοῦ Μονογενοῦς τὴν θεότητα· μαρτυρεῖται δὲ παρ' αὐτοῦ Κυρίου τῷ Θεῷ προσήκειν τὸ τῆς ἀγαθότητος ὄνομα· πῶς οὐ κοινωνεῖ τῆς ἀγαθότητος ὁ κοινωνῶν τῆς θεότητος; Ὅτι γὰρ καὶ προφητῆται Θεὸν ὁμολογοῦσι τὸν Κύριον, καὶ εὐαγγελισταί, καὶ μαθηταί καὶ ἀπόστολοι, οὐδεὶς οὕτω τῶν θείων ἀμύητος, ὡς λόγῳ δεῖσθαι περὶ τούτων μαθεῖν. Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ἐν τῇ τετάρτῃ καὶ τεσσαρακοστῇ ψαλμωδίᾳ, ὅτι Θεὸν παρὰ Θεοῦ χριόμενον, τὸν Χριστὸν ὁ Προφήτης διακηρύσσει τῷ λόγῳ; καὶ πάλιν τὴν Ἥσαϊαν οὕτω προδήλως βοῶντα τοῦ Υἱοῦ τὴν θεότητα, τίς ἀγνοεῖ τῶν καθωμιληκῶτων τῇ προφητείᾳ; Ἐν οἷς μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο φησιν, ὅτι *Σαβαίμ, ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ σοὶ ἔσονται δοῦλοι, καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός, καὶ οὐκ ἔστι Θεός πλὴν σου. Σὺ γὰρ εἶ ὁ Θεός. Τίς γὰρ ἄλλος Θεός ὁ ἐν ἑαυτῷ Θεὸν ἔχων, καὶ αὐτὸς ὢν Θεός, πλὴν τοῦ Μονογενοῦς, εἰπάτωσαν οἱ τῆς προφητείας ἀνήκοι· τὴν δὲ τοῦ Ἐμμανουὴλ ἐρμηνείαν, καὶ τὴν τοῦ Θωμᾶ μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν ὁμολογίαν, τὴν τε τοῦ Ἰωάννου μεγαλοφωνίαν, ὡς πρόδηλον οὖσαν καὶ τοῖς ἔξω τῆς πίστεως, σιωπήσομαι. Ἄλλ' οὐδὲ τὰς Παύλου φωνὰς δι' ἀκριβείας οἶμαι δεῖν παρατίθεσθαι, πᾶσιν οὖσας σχεδὸν διὰ στόματος· ὅ; οὐ μόνον Θεὸν, ἀλλὰ καὶ μέγαν Θεὸν, καὶ ἐπὶ πάντων Θεὸν ἐνομάζει τὸν Κύριον· πρὸς μὲν Ῥωμαίους λέγων, ὅτι *Ὁρ οἱ πατέρες καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστός τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός εὐλογητός εἰς τοὺς αἰῶνας*. πρὸς δὲ τὸν μαθητὴν ἑαυτοῦ Τίτον γράφει, *Κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτήρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τιμοθέω δὲ διαβρήδην βοᾷ, ὅτι Ὁ Θεός ἐφανέρωθ ἐν σαρκί, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι. Πανταχόθεν τοῖσιν ἀποδειχθέντος τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν μονογενῆ Θεὸν, πῶς ὁ τῷ Θεῷ προσ-**

num appellans : spe discendi talem doctrinam quam mortem impediri et arceri posse crederet. Merito igitur qui vocatus erat ab ipso, hic etiam respondet : quoniam non ad Deum Verbum facta erat collocutio, consequenter etiam ab humanitate ad supplicansem fit responsio, duplicem enim institutionem inducens : per eundem enim sermonem docet, quod non bonis verbis, sed recta vita Deum colere et honorare convenit, in exsequendis ejus mandatis, et in vendendis omnibus facultatibus, ut inde vitam æternam posset emere. Tum etiam quod humana natura in malo per peccatum constituta a vera et propria boni appellatione secernitur. Et præterea dicit : *Quid me dicis bonum* ? Cum dixit, *me*, humanam naturam quæ ipsum circumdabat ostendit ; at cum sermone divinitati bonitatem attribuit, seipsum e vestigio bonum pronuntiavit, qui vere ab Evangelio Deus prædicatur. Si enim tanquam funiculo divelleretur a Dei appellatione unigenitus Filius, non esset absurdum fortasse, ipsum a boni appellatione putare alienum.

Quod si prophetæ, et evangelistæ, et apostoli Unigeniti divinitatem celebrant, ipse autem Dominus testatur bonitatis nomen Deo convenire, quomodo non particeps est bonitatis qui divinitatis consors est et particeps ? Quod enim etiam prophetæ Dominum Deum contentur, et evangelistæ, item discipuli et apostoli, nullus usque adeo rudis est et ignarus divinarum et non initiatus, ut de his erudiri sermone indigeat. Quis enim ignorat in quarto et quadragesimo psalmo, quod Deum a Deo unctum Christum Propheta prædicat ? Et rursus Isaiam, tam aperte et clare clamantem Filii divinitatem, quis eorum qui in prophetia versati sunt, nescit ? in quibus cum aliis hoc etiam effatur : *Sabaim, viri sublimes ad te transibunt, et tui erunt servi. Post te ambulabunt, vinciti manibus pergunt, et te adorabunt, teque deprecabuntur. Tantum in te est Deus, et non est absque te Deus. Vere enim tu es Deus* *. Quis enim alius Deus qui in seipso Deum habet, et ipse est Deus, præter Unigenitum, dicant qui prophetiam non audierunt. At vero Emmanuel interpretationem, et Thomæ post agnitionem confessionem, et Joannis vocis sublimitatem, ut notam etiam his qui sunt extra fidem reticebo. Sed neque Pauli voces exacta subtilitate apponendas esse arbitror, ut quæ propemodum sint in ore omnium, qui non solum Deum, sed etiam magnum Deum, et in omnibus Deum nominat Dominum ; ad Romanos quidem dicens : *Quorum patres, et ex quibus est Christus secundum carnem, qui est in omnibus benedictus Deus in sæcula* *. Ad discipulum suum Titum scribit, *Secundum apparitionem magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi* *. Ad Timotheum vero aperte clamitat : quod *Deus manifestatus est in carne, justificatus in spiritu* *. Cum igitur ubique demonstratum sit, unigenitum Deum

* Psal. XLIV, 8. * Isa. XLV, 14, 15. * Rom. IX, 5. * Tit. II, 4. * I Timoth. III, 16.

esse Deum, quomodo is qui Deo bonitatem convenire dicit, ab hac appellatione Filii divinitatem alienam esse demonstrat? præsertim cum Dominus sibi bonum attribuat, in parabola eorum qui mercede conducti sunt in vineam. Cum enim illic qui prius conducti labore defessi erant, indignarentur ob mercedis æqualitatem, mulctamque et damnum proprium judicarent, rem a cæteris operariis prospere gestam, eorum qui ægre ferebant uni dixit justus iudex: *Amice, non facio tibi injuriam, nonne denario diurno tecum conveni? Ecce habes quod tuum est: volo autem et huic ultimo tantum dare quantum tibi. Annon habeo potestatem in meis faciendi quod volo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum*⁹? Nullus prorsus de hoc ambitiose contendet, quod ea quæ pro meritis et dignitate sit distributio, proprium judicis munus est; unigenitum autem Deum judicem esse omnes Evangelii discipuli adstipulantur. *Pater, inquit, non judicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio*¹⁰. Sed non resistunt scriptis: dicunt enim unius adjectionem proprie ad Patrem respicere. *Nullus enim, ait, bonus, nisi unus Deus*¹¹. An igitur ad sui patrocinium languescet veritas? An multis locis minimo negotio hanc fallacem et captiosam ratiocinationem erroris licet refellere? Qui enim hæc de Patre dixit, et illa ad Patrem dicit, quod *Omnia mea tua sunt, et in ipsis glorificatus sum*¹². Si autem omnia quæ sunt Patris dicit Filii esse, unum autem eorum quæ in Patre spectantur est bonitas, vel omnia non habet, si quidem hoc non habet, et mentiri dicent veritatem; vel si nefas est veritatem ipsam suspicari in mendacium ferri, qui omnia quæ sunt Patris sua esse dixit, neque extra bonitatem esse confessi sunt. Qui enim Patrem in semetipso habet, et quæ sunt Patris complexus est omnia, cum omnibus videlicet bonitatem etiam habet: bonus igitur Filius.

Sed *καμῦς*, inquit, *bonus nisi unus Deus*. Hoc ab adversariis profertur, neque ipse sermonem rejicio, non tamen propterea Filii bonitatem nego. Qui enim Dominum Deum esse confitetur, et quod bonum est, ei omnino hac confessione attribuit. Si enim bonitas propria est Dei, et Dominus est Deus, bonus itaque per hæc quæ posita sunt Filius ostenditur. Sed, ait, unius dictio Filium boni communione secernit, sed est facile demonstrare quod neque hoc a Filio Patrem dissipat. Etenim in omnibus aliis quod unum est, in copulatam habet significationem; in Patre vero et Filio, quod unum est non in solitudine sive singularitate conspicitur. *Ego enim, inquit, et Pater unum sumus*¹³. Si igitur unus quidem bonus; unitas autem quædam in Filio et Patre intelligitur; ergo Dominus qui uni bonitatem attribuit, et sibi ipsi per unius cognominationem assignavit utpote qui sit unus cum Patre, neque a Patris unitate secundum naturam divulsus.

ἤκειν τὴν ἀγαθότητα λέγων, τῆς ἐπωνυμίας ταύτης ἀλλοτρίαν ἀποδείκνυσαι τοῦ Υἱοῦ τὴν θεότητα; Καὶ ταῦτα αὐτοῦ τοῦ Κυρίου τὸ ἀγαθὸν ἑαυτῷ προσμαρτυροῦντος ἐν τῇ τῶν μεμισθωμένων εἰς τὴν ἀρτελῶνα παραβολῇ. Ἐκεῖ γὰρ τῶν προκεκμηκότων δυσανασχετοῦντων τῇ τῶνμισθωμάτων ἰσομοιρίᾳ, καὶ ζημίαν κρινόντων ἰδίαν τῶν τελευταίων τὴν εὐπραγίαν, φησὶ πρὸς τινὰ τῶν χαλεπαινόντων ὁ δίκαιος κριτὴς, ὅτι, Ἐταῖρε, οὐκ ἀδικῶ σε. Οὐχὶ δηνυρίου συννεφώρησά σοι τὴν ἡμέραν; Ἰδοὺ ἔχεις τὸ σὸν· θέλω δὲ καὶ τῷ ἐσχάτῳ χαρίσασθαι ὡσπερ καὶ σοί. Μόνον οὐκ ἔχω ἐξουσίαν ἐν τοῖς ἐμοῖς ποιῆναι ὁ θέλω; Ἡ ὁ θραλαμὸς σου ποτηρὸς, ὅτι ἐγὼ ἀγαθὸς εἰμι; Πάντως δὲ οὐδεὶς περὶ τούτου φιλονεικήσει, ὅτι ἡ τοῦ κατ' ἀξίαν διανομῆ, ἴδιον τοῦ κριτοῦ ἔργον ἐστὶ, κριτὴν δὲ τὸν μονογενῆ Θεὸν εἶναι πάντες οἱ μαθηταὶ τοῦ Εὐαγγελίου συντίθενται. Ὁ γὰρ Πατὴρ, φησὶ, κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ. Ἄλλ' οὐ καθίστανται τῶν γεγραμμένων. Φασὶ γὰρ τὴν τοῦ ἐνὸς πρόσθετον κυρίως εἰς τὸν Πατέρα βίβειν. Οὐδεὶς γὰρ, φησὶ, ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἰς ὁ Θεός. Ἄρ' οὖν ἀτονίσει πρὸς συνηγορίαν ἑαυτῆς ἡ ἀλήθεια; Ἡ πολλὰχόθεν ἐστὶν ἐν εὐσυχολίᾳ πολλῇ καὶ τούτον ἐξελέγξαι τὸν παραλογισμὸν τῆς ἀπάτης; Ὁ γὰρ ταῦτα περὶ τοῦ Πατρὸς εἰπὼν, κακείνα πρὸς τὸν Πατέρα φησὶν, ὅτι Πάντα τὰ ἐμὰ σὰ ἐστὶ καὶ δεδόξασμαί ἐν αὐτοῖς. Εἰ δὲ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ φησὶν εἶναι, ἐν δὲ τῶν ἐν τῷ Πατρὶ θεωρουμένων ἡ ἀγαθότης, ἢ πάντα οὐκ ἔχει, εἴπερ τοῦτο οὐκ ἔχει, καὶ ψεύδεσθαι φήσους τὴν ἀλήθειαν· ἢ εἴπερ ἀθέμιτον καθυπονείσθαι τὴν ὄντως ἀλήθειαν ὡς εἰς ψεῦδος ἐκφερομένην, ὁ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς ἑαυτοῦ λέγων, οὐδὲ τῆς ἀγαθότητος ἐκτὸς εἶναι συνωμολόγησεν. Ὁ γὰρ ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα ἔχων, καὶ τὰ τοῦ Πατρὸς ἐμπεριείλη· ὡς πάντα, μετὰ πάντων δηλονότι καὶ τὴν ἀγαθότητα ἔχει· οὐκοῦν ἀγαθὸς ὁ Υἱός.

Ἄλλ' οὐδεὶς, φησὶν, ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἰς ὁ Θεός. Τοῦτο παρὰ τῶν ἐναντιῶν προφέρεται, οὐδὲ αὐτὸς ἀποβάλλων τὸν λόγον. Οὐ μὴν ἀρνούμαι διὰ τοῦτο τοῦ Υἱοῦ τὴν ἀγαθότητα. Ὁ δὲ ὁμολογῶν Θεὸν εἶναι τὸν Κύριον, καὶ ἀγαθὸν αὐτῷ πάντως διὰ τῆς ὁμολογίας ταύτης συνεμαρτύρησεν. Εἰ γὰρ ἴδιον Θεοῦ ἡ ἀγαθότης, Θεὸς δὲ ὁ Κύριος, ἀγαθὸς ἄρα διὰ τῶν θεθέντων ὁ Υἱὸς ἀναπέφηνεν. Ἄλλὰ, φησὶ, τοῦ ἐνὸς ἡ λέξις ἀποκρίνει τὸν Υἱὸν τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας. Ἄλλι βῆδιον δεῖξαι ὅτι οὐδὲ τὸ ἐν τούτῳ διαχωρίζει τὸν Υἱὸν τὸν Πατέρα. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἀπάντων, τὸ ἐν ἀσυνδύαστον ἔχει τὴν σημασίαν. Ἐπὶ δὲ τοῦ Πατρὸς τε καὶ τοῦ Υἱοῦ, τὸ ἐν οὐκ ἐν μονότητι καθοράται· Ἐγὼ γὰρ, φησὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἑσμέν. Εἰ οὖν εἰς μὲν ὁ ἀγαθὸς, ἐνότις δὲ τις ἐν τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πατρὶ θεωρεῖται· ἄρα ὁ Κύριος ἐνὶ μαρτυρήσας τὴν ἀγαθότητα, καὶ ἑαυτῷ διὰ τοῦ ἐνὸς τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην προσεμαρτύρησε, τῷ ἐν ὄντι πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ οὐκ ἀπορρήγνυμένῃ τῆς κατὰ φύσιν

⁹ Matth. xx, 15 sqq.¹⁰ Joan. v, 22.¹¹ Matth. xix, 17.¹² Joan. xvii, 16.¹³ Joan. x, 30.

ἐνόητος. Ἄλλ' ἔπως ἂν διὰ πάντων ἐκδηλον γένοιτο τοῦ σεμνοῦ λογογράφου τὸ φιλαμαθὲς καὶ ἀπαίδευτον, αὐτὴν κατανοήσωμεν ἐπὶ λέξεως τῶν γεγραμμένων τὴν σύνταξιν. Οὐκ οἰκείουται, φησί, τὴν τοῦ ὄντος ἀξίαν ὁ Υἱός· ἀξίαν ὀνομάζων, αὐτὸ τὸ εἶναι. Πῶς οἶδε κυρίως τοῖς πράγμασιν ἐφαρμόζειν τὰ ῥήματα! καὶ ἐπειδὴ διὰ τὸν Πατέρα ἐστὶν, ἀλλοτριούσθαι αὐτὸν ἑαυτοῦ λέγει. Ὡς καὶ τῆς τούτου κυριεύουσης οὐσίας πρὸς ἑαυτὴν ἐλκούσης τὴν τοῦ ὄντος ἐνοίαν. Τοῦτο δὲ τοιοῦτόν ἐστιν, ὡς ἂν εἴ τις λέγοι, ὅτι ὁ ἀργυρώνης, καθὸ ἐστὶ, κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν, οὐκ ἐκεῖνος ἐστὶν, ἀλλ' ὁ ἐωνημένος, τῆς κατ' οὐσίαν ἑαυτοῦ ὑποστάσεως εἰς τὴν τοῦ κυριεύσαντος φύσιν ἀναληφθείσης. Ταῦτα τὰ ὑψηλὰ τοῦ θεολόγου νοήματα, ἡ δὲ τῶν προειρημένων ἀποδείξεις οἷα; αὐτοῦ, φησί, τοῦ Μονογενοῦς ἀποδιδόντος τῷ Πατρὶ, τὴν μόνην κατ' ἀξίαν ὀφειλομένην ἐπωνυμίαν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐπάγει τὸ μόνον εἶναι ἀγαθὸν Πατέρα. Ποῦ τοίνυν ἐν τούτοις ἀρνείται ὁ Υἱός τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ ὄντος; ὅπερ κατασκευάζει Ἐννόμιος, ταῦτα προστιθεὶς ἐπὶ λέξεως. Ὁ γὰρ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ προσήκειν μόνῳ προσήκειν διδάξας ἐκείνῳ τῷ καὶ τῆς σφετέρας καὶ πάσης ἀγαθότητος αἰτίῳ, καὶ πάντοτε ὄντι, καὶ τὸ γινόμενον ἀγαθὸν ἐπ' ἐκείνον φέρων· σχολή γ' ἂν τῶν ποτε γινομένων ὀκείωσατο τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν τοῦ ὄντος ἐπωνυμίαν. Τί κοινώνει τοῖς εἰρημονίσι ἡ ἐξουσία; Πῶς δὲ μετὰ ταύτης καὶ τῆς τοῦ ὄντος ἐπωνυμίας ὁ Υἱός ἠλλοτριῦται; Ἄλλ' οὐκ οἶδα τί χρὴ πλέον ἐν τούτοις ποιεῖν· γελᾶν τὴν ἀμαθίαν, ἢ ἐλεεῖν τὴν ἀπώλειαν. Ἡ τε γὰρ τῆς σφετέρας λέξις, οὐκ οὕτως ἐκληφθεῖσα ὡς πέφυκε τε καὶ εἰθθεν ἐν χρήσει γίνεσθαι παρὰ τοῖς εἰδῶσι κεχρησθαι λόγῳ, πολλὴν αὐτῷ μαρτυρεῖ τῆς ἀνονομαστικῆς τεχνολογίας τὴν ἐπιστήμην, ἣν καὶ τὰ παιδάρια παρὰ τοῖς γραμματισταῖς ἀμογητὶ διεξέρχεται. Καὶ τὸ παρενεχθῆναι τοῦ προκειμένου γελοῖος· αὐτὸν πρὸς τὰ μηδὲν ἐπικοινωνοῦντα τῷ λόγῳ καὶ τῷ σχήματι συμπεραστικῶς, τὸ μὴ κοινώνειν τὸν Υἱὸν τῆς ἐπωνυμίας τοῦ ὄντος, ταῖς ἀλλοκότοις ἐφαρμοζόμενον κατασκευαῖς· καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα καθάπερ ἐξεπίτηδες ἐπὶ γέλωτι σύγκειται. Ὡστε τι καὶ παθεῖν τυχὸν τοὺς ἀμαλειότερους καὶ ἐπιγέλασαι τῷ ἀσυναρτήτῳ τῶν λόγων. Ἄλλὰ τὸ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν Λόγον, ἢ ἀγαθὸν πάντως μὴ εἶναι· ταῦτα γὰρ κατασκευάζει δι' ὧν τὴν τε τοῦ ὄντος ἐπωνυμίαν καὶ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μὴ οἰκειοῦσθαι λέγει. Καὶ τὸ κατασκευάζειν τὴν τῶν γινομένων ἐξουσίαν μὴ προσήκειν αὐτῷ, ταῦτα δακρύων ἄξια καὶ θρηνητικῆς συναυλίας.

Οὐδὲ γὰρ κατὰ τινα προπετῆ καὶ ἀπερίσκεπτον ὁρμὴν ἄπαξ που τὸ τοιοῦτον παραφρογξάμενος, εἶτα ἐπανορθοῦται τοῖς ἐφεξῆς τὸ πλῆγμῆμα, ἀλλ' ἐμφολοχωρεῖ τῇ κακίᾳ, τοῖς δευτέροις φιλονεικῶν ὑπερβαλίσθαι τὰ φθάσαντα· λέγει γὰρ προῶν, *Τοσοῦτον αὐτὸν εἶναι κάτω τῆς θέλας φύσεως, ὅσον ἀπ' ἐκείνου πρὸς τὸ ταπεινότερον ἢ τῶν ἀγγέλων ἀποθέθηκε φύσις*· οὐ τούτοις γράφων τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ κατασκευάζων δι' ὧν λέγει τὴν τοιαύτην διάνοιαν. Ἐξεστὶ δὲ χρῆναι τὸν λόγον τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἔχει γὰρ οὕτω τὰ γεγραμμένα· Ὁς τῷ μὲν ἀγγελοῦ ὠνομί-

Sed ut per omnia hujus gravis scriptoris ineruditio et inscitia manifeste pateat, scriptorum ad verbum syntaxin consideremus: Filius, inquit, ejus qui est dignitatem non sibi vindicat, dignitatem nominans ipsum esse. Quomodo novit propria verba rebus accommodare! Et quoniam per Patrem est, illum ab ipso alienatum esse dicit, quia nimirum hujus dominatrix essentia ad seipsam trahat entis notionem: hoc autem tale est ac si quis dicat, quod argento emptus, qua est, secundum suam subsistentiam non ille est, sed qui emptus est, subsistentia secundum sui essentiam ad dominantis naturam assumpta; hæc sunt altæ hujus theologi notionēs, sed ante dictorum demonstratio qualis? Cum ipse, inquit, Unigenitus reldat Patri soli secundum dignitatem debitam cognominationem: et hæc locutus subjunxit, solum bonum esse Patrem, ubi igitur in his Filius sibi denegat entis appellationem? quod quidem astruit Ennomius hæc adjiciens ad verbum: *Qui enim boni appellationem soli convenire docuit, illi suæ omnisque bonitatis auctori et omnino enti et quod fit bonum, in illum refert, vix eorum quæ sunt, potestatem et entis nomen sibi applicavit.* Quid habet commune cum dictis potestas? Quomodo cum hac et ab entis nominatione Filius alienatus est? Sed quid potius in his agendum sit nescio, an ridenda sit inscitia, an miseranda perditio. Etenim ejus dictio non assumpta ut in usu natura solet usurpari apud eos qui oratione uti sciunt, valde peritum esse testatur in eo rhetorices artificio quo nomina alia pro aliis ponuntur, quam gloriolam parvuli apud grammatistas sine labore secantur. Et quod ipse a proposito ridicule transferatur ad ea quæ nullam habent communionem cum ratione et figura qua concludi deberet, Filio non esse communem entis appellationem, quod absurdum et portentosis nititur accommodare probationibus. Hæc et ejusmodi quæ veluti de industria ad risum excitandum conflata sunt. Ita ut fieri possit ut etiam stupidiores quid perpetiantur et rideant ob inconcinnitatem ejus sermonum. Verumenimvero quod Deus Verbum non sit, vel quod omnino non sit bonus, hæc enim præstruit per quæ et entis nominationem et boni appellationem dicit non Filio posse proprie convenire; et quod præstruit eorum quæ sunt potestatem non ipsi competere: hæc lacrymis digna et flebili contibicinio sive lamento.

Neque enim præcipiti quodam atque inconsiderato impetu, semel alicubi tale quiddam perperam locutus, in sequentibus deinde erratum emendat; sed in pravitate immoratur, ac secundis ambitione contendit priora superare: dicit enim progrediens, *Ipsam tanto esse divina natura inferiorem quanto ab illo ad humilium angelorum natura descendit*; quod quidem non iisdem verbis scribit, sed per ea quæ dicit talem sententiam astruit; lectoribus autem sermonem licet dijudicare: sic enim scripta verba habent: *Qui ex eo quod angelus no-*

mnatus est, hoc quidem aperte docuit, per quem sermones annuntiavit, et quis est; ex eo vero quod Deus nominatus est, ostendit eam quæ ipsi propria est super omnia eminentiam. Qui enim eorum quæ per ipsum facta sunt, Deus est, angelus ejus est, qui est in omnibus, Dei. Medium intercidit sermonem ira in cor illapsa, et ad perturbationem effusa est ratio ad iram, per ea quæ dicta fuerunt commota. Ac mihi fortasse talis animi perturbatio non venia indigna videtur. Cui enim ex his ira non incanduerit? præsertim cum Apostolus omnem angelicam naturam Domino mancipatam esse clamet ¹³, ad testimonium dogmatis assumens propheticam altiloquentiam. Cum enim ait, primogenitum in orbem terrarum inducit, dicit, Et adorabunt eum omnes angeli ejus; et illud: Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi; et hoc: Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficiunt. Omnia ad demonstrationem Unigeniti Dei hæc cum Apostolus recenset, quid patior cum ex Christi hoste angelorum Dominum angelum esse audio, qui non temere et fortuito talem sermonem projiciat, sed qui in absurditate anxius laboret: ut nihil amplius Joanne et Mose ipsum habere præstruat? Dicit enim de illo sermo: Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam ¹⁴. Angelus igitur Joannes. Tametsi autem hic Domini inimicus, Dominum Deum nominat, ipsum tamen proportionem quadam Mosis divinitati respondere autumat; quoniam et ille ejus qui est in omnibus Dei famulus, Ægyptiorum vero ordinatus est deus. Quin etiam quod in omnibus sit Deus (sicut et in præcedentibus dictum est) commune est Filio cum Patre, id vero Apostoli testimonio probari potest, qui ei talem vocem attribuit, dum dicit: Ex quibus Christus secundum carnem qui est in omnibus Deus ¹⁵. Sed hic in angeli ordinem redigit eum qui est angelorum Dominus, perinde ac si non audisset quod angeli spiritus sunt administratorii, et ignis flammæ ¹⁶. Per hæc enim Apostolus inconfuse atque manifestam facit subjectorum distinctionem. Naturam quidem subditam atque mancipatam, spiritus esse et ignem desinens; dominantem vero potentiam, divinitatis significans nomine. Et cum tot sint qui gloriam Unigeniti annuntiant, solus his omnibus reclamatur Eunomius, dum dicit ipsum esse angelum Dei qui est super omnia, hac differentia qua eum ab eo qui est super omnia discernit, unum omnium esse determinans: dum vero angelorum nomen illi communicat, nihil ab illis dissidere natura præstruens. Sæpe enim in præcedentibus tale quid asserit, quod quæcunque eandem appellationem habent communem, neque secundum naturam sunt diversa. An igitur amplius redarguentibus sermo indiget, in eo quod præfracte clamitat, angelum eum esse qui non proprium, sed ejus qui est sermonem annuntiat? Per hoc enim demonstratur, quod qui in principio erat Verbum, Deus Verbum, non

σθαι, σαφῶς ἐδίδαξε, δι' οὗτου διήγγειλε τοὺς λόγους, καὶ τίς ὁ ὢν· τῷ δὲ καὶ θεὸς προσειρήσθαι, τὴν ἰδίαν ἐδειξε κατὰ πάντων ὑπεροχὴν. Ὁ γὰρ τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων θεός, ἄγγελος τοῦ ἐπὶ πάντων θεοῦ. Ἐγκόπτει μεταξὺ τῶν λόγων θυμὸς ἐμπεσὼν τῇ καρδίᾳ, καὶ συγχέχεται πρὸς τὸ πάθος ὁ λογισμὸς εἰς ὀργὴν ὑπὸ τῶν λεγομένων παρακινούμενος. Καὶ τάχα μοι τὸ τοιοῦτο πάθος τῆς ψυχῆς οὐκ ἀσύγγνωστον. Τίνι γὰρ οὐκ ἂν ἐκ τούτων ὁ θυμὸς ἐπιζέσσει; Τοῦ μὲν Ἀποστόλου πᾶσαν ἀγγελικὴν φύσιν ὑποχείριον εἶναι τοῦ Κυρίου βωόντος, συμπαραλαμβάνοντος δὲ εἰς μαρτυρίαν τοῦ δόγματος καὶ τὴν προφητικὴν μεγαλοφωνίαν. Ὅταν γὰρ, φησὶν, εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει, Καὶ προσκνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ, καὶ τὸ, Ὁ θρόνος σου, ὁ θεός, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, καὶ τὸ, Σὺ δὲ ὁ αὐτός εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. Πάντα πρὸς ἐνδειξίν τοῦ μονογενοῦς θεοῦ ταῦτα τοῦ Ἀποστόλου διεξιόντος, τί πάθος τῶν τῶν ἀγγέλων Κύριον ἀγγέλον εἶναι παρὰ τοῦ χριστομάχου ἀκούων, οὐ κατὰ τὸ συμβᾶν τὴν τοιοῦτον ἀποβρίψαντος λόγον, ἀλλ' ἐναγωνιζομένου τῇ ἀποπία, ὡς μηδὲν πλέον Ἰωάννου καὶ Μωϋσέως αὐτὸν ἔχειν κατασκευάζεσθαι; Λέγει γὰρ περὶ ἐκείνου ὁ λόγος, Οὗτός ἐστι περὶ οὗ γέγραπται· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου. Ἄγγελος οὖν Ἰωάννης. Ἀλλὰ κἄν θεὸν ὀνομάξῃ τὸν Κύριον ὁ ἐχθρὸς τοῦ Κυρίου, ἀναλογεῖν αὐτὸν κατασκευάζει τῇ Μωϋσέως θεότητι, ἐπεὶ κακεῖνος τοῦ μὲν ἐπὶ πάντων θεοῦ θεράπων, τῶν δὲ Αἰγυπτίων ἐτάχθη θεός. Καίτοι καὶ τὸ ἐπὶ πάντων, καθὼς καὶ ἐν τοῖς κατόπιν εἴρηται, κοινὸν τῷ Ἰῶν πρὸς τὸν Πατέρα, τοῦ Ἀποστόλου τὴν τοιαύτην αὐτῷ προσεμαρτυρηχότος φωνῆν, ἐν οἷς φησιν· Ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεός· ἀλλ' οὗτος εἰς ἀγγέλου τάξιν καταγεῖ τὸν τῶν ἀγγέλων Κύριον· ὡσπερ οὐκ ἀκηχώς, ὅτι οἱ ἄγγελοι λειτουργικὰ πνεύματα, καὶ πυρὸς φλόγες εἰσὶ. Διὰ τούτων γὰρ ὁ Ἀπόστολος ἀσυγχύτως καὶ σαφῆ ποιεῖται τὴν τῶν ὑποκειμένων διάκρισιν. Τὴν μὲν ὑποχείριον φύσιν, πνεύματα εἶναι καὶ πῦρ ὀριζόμενος· τὴν δὲ κυριεύουσαν δύναμιν τῷ τῆς θεότητος διασημαίνων ὀνόματι. Καὶ τοσούτων ὄντων τὴν ὀξάν τοῦ μονογενοῦς θεοῦ διαγγελλόντων, μόνος τοῖς πᾶσιν ἀντιβοᾷ ὁ Εὐνόμιος, ἄγγελον αὐτὸν τοῦ ἐπὶ πάντων λέγων θεοῦ· τῇ μὲν πρὸς τὸν ἐπὶ πάντων ἀντιδιαστολῆν, ἕνα τῶν πάντων εἶναι διοριζόμενος· τῇ δὲ πρὸς τοὺς ἀγγέλους τοῦ ὀνόματος κοινωνίαν, τὸ μηδὲν ἐκείνων παρηλλάχθαι τῇ φύσει κατασκευάζων. Πολλάκις γὰρ τὸ τοιοῦτον ἐν τοῖς κατόπιν φησὶν, ὅτι ὅσα τῆς αὐτῆς κοινωνεῖ προσηγορίας, οὐδ' ἂν κατὰ τὴν φύσιν ἐτέρως ἔχοι. Ἄρ' οὖν ἔτι τῶν εὐθρονόντων ὁ λόγος προσδέεται, περὶ τοῦ διαβήθηρον βωόντος τὸν ἄγγελον μὴ τὸν ἴδιον, ἀλλὰ τὸν τοῦ ὄντος ἀπαγγέλλειν λόγον; Διὰ γὰρ τούτου δείκνυται ὅτι ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν Λόγος, θεὸς Λόγος, οὐκ αὐτὸς Λόγος ἐστίν, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς Λόγου γίνεται Λόγος, διάκονός τε καὶ ἄγγελος ἐκείνου

¹³ Hebr. 1, 6 sqq.; Psal. xcvi, 7; xlv, 7; c1, ¹⁴ Hebr. 1, 14.

28. ¹⁵ Marc. 1, 2; Isa. xi, 3. ¹⁶ Rom. ix, 5.

γενόμενος· κάκεινο δὲ τίς ἀγνοεῖ τῶν πάντων, ὅτι τῷ ἄντι διαιρεῖται μόνον; Ὡστε ὁ τὸν Υἱὸν ἀντιδιαστελλας τῷ ὄντι, σαφῶς Ἰουδαΐζει, τὴν τοῦ Μονογενοῦς ὑπόστασιν ὑποκλέπτων τοῦ δόγματος. Ὅν γὰρ ἔξω τῆς τοῦ ὄντος ἐπωνυμίας λέγει, καὶ τοῦ εἶναι πάντως ἐξηρησθαι κατασκευάζει. Οὐ γὰρ δὴ τὸ εἶναι διδοῦς πρὸς τὸν τοῦ ῥήματος ἦχον διενεχθήσεται. Ἄλλὰ καὶ τῇ Γραφῇ χραιτύνειν ἐπιχειρεῖ τὴν ἀτοπίαν, καὶ προβάλλεται τὸν Μωσέα συνήγορον κατὰ τῆς ἀληθείας.

Ὡς γὰρ ἐκεῖθεν ἡμῖν διαλεγόμενος τοὺς οἰκείους μύθους κατ' ἐξουσίαν διέξεισι λέγων, ὅτι Ὁ μὲν ἀποστέλλων Μωσῆν, αὐτὸς ἦν ὁ ἄν, δι' οὗ καὶ ἀπέστειλε καὶ ἐλάλει· τοῦ μὲν ὄντος ἀγγελος, τῶν δὲ ἄλλων ἀπάντων θεός. Ἄλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐστὶν ἡ ῥῆσις, ἐξ αὐτῆς ἐστὶ τῆς Γραφῆς εἰδέναι. Εἰ δὲ τὸν νοῦν φησι τοῦτον εἶναι τοῦ γράμματος, αὐτὸς ἡμῖν ἐξεταστέος ὁ πρωτότυπος τῆς Γραφῆς λόγος. Καὶ πρῶτον γε καταράσωμεν, ὅτι τὸν μετ' αὐτὸν θεὸν ὁ Εὐνόμιος ἑνομάσας τὸν Κύριον, οὐδὲν αὐτῷ πλέον παρὰ τὴν ἀγγελικὴν δίδωσι φύσιν. Οὐδὲ γὰρ ὁ Μωϋσῆς ἀκούσας θεὸς εἶναι τοῦ Φαραῶ, ἐξέθε τὴν ἀνθρωπότητα· ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τὸ ὁμοίωμα ἔχων, τῇ τῆς ἐξουσίας ὑπεροχῇ τῶν ὁμογενῶν ὑπερήρθη, καὶ οὐδὲν ἐκώλυσεν αὐτὸν πρὸς τὸ μὴ εἶναι ἀνθρωπον, τὸ κληθῆναι θεόν. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἕνα τῶν ἀγγέλων ὁ Εὐνόμιος αὐτὸν εἶναι κατασκευάσας θεραπεύει τὸ τοιοῦτο πλημμέλημα τῆς θεότητος κλήσει κατὰ τὸν ἀποδοθέντα λόγον, ὁμωνύμια τιλὶ πρὸς αὐτὸν τὴν τοῦ Θεοῦ προσηγορίαν κοινοποιήσας. Ἐξετάσωμεν πάλιν αὐτὰ τὰ ῥήματα τῆς βλασφημίας ἐκθέμενοι. Ὁ ἀποστέλλων, φησὶ, τὸν Μωσέα, αὐτὸς ἦν ὁ ἄν, δι' οὗ δὲ ἀπέστειλεν, ὁ τοῦ ὄντος ἀγγελος ἦν, οὕτως ἑνομάζων τὸν Κύριον. Οὐκοῦν ὑπ' αὐτῆς ἐλέγχεται τῆς Γραφῆς ἡ ἀτοπία τοῦ λογογράφου, ἐν οἷς ὁ Μωϋσῆς ἱκετεύει τὸν Κύριον μὴ ἄγγελον τῇ ἡγεμονίᾳ τοῦ λαοῦ ἐπιστῆσαι, ἀλλ' αὐτὸν τῆς πορείας αὐτῶν ἀφηγήσασθαι. Ἔχει δὲ οὕτως ἡ λέξις ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· Βάδιζε, κατὰδθθι, καὶ ὁδήγησον τὸν λαόν τοῦτον εἰς τὸν τόπον ὃν εἶπόν σοι· καὶ ἰδοὺ ἄγγελός μου προπορεύεται σοι ἢ ἄν ἡμέρᾳ ἐπισκέπτωμαι· καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν φησὶ· Καὶ συναποστελῶ πρότερόν σου τὸν ἄγγελόν μου. Εἶτα μικρὸν μετὰ τὴν ἀκολουθίαν, γίνεται παρὰ τοῦ θεράποντος πρὸς τὸν θεὸν ἱκετηρία τοῦτον ἔχουσα τὸν τρίτον· Εἰ εὐρηκα χάριν ἐναντίον σου, συμπορευθήτω ὁ Κύριός μου μεθ' ἡμῶν· καὶ πάλιν, Εἰ μὴ αὐτὸς συμπορεύῃ ἡμῖν, μὴ με ἀναγάγῃς ἐνταῦθα. Εἶτα ἀποκρίσις τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Μωσέα· Καὶ τοῦτόν σοι τὸν λόγον ὃν εἰρηκας ποιήσω. Εἰρηκας γὰρ χάριν ἐνώπιόν μου. Καὶ οἶδά σε παρὰ πάντας. Οὐκοῦν εἰ Μωϋσῆς μὲν παραιτεῖται τὸν ἄγγελον, αὐτὸς δὲ ὁ χρηματίζων αὐτῷ συνέμπορος γίνεται, καὶ καθηγεμῶν τῆς στρατιᾶς, φανερώς ἀποδεικνύεται διὰ τούτων, ὅτι ὁ τῇ τοῦ ὄντος ἐπωνυμίᾳ

ipsum Verbum est, sed alterius alicujus Verbi sit Verbum, minister et angelus, id est, nuntius, illius factus. Illud autem quis omnium ignorat quod enti solum opponitur non ens? Quare qui Filium ab eo qui est, distinguit, manifeste judaizat, Unigeniti personam a dogmate subripiens. Quem enim extra entis nominationem dicit, ex rerum natura funditus exemptum esse astruit. Non enim qui dat esse, de nudo vocabuli sono litigabit. Verumenimvero Scripturæ testimonio absurditatem confirmare molitur, ac Mosem proponit contra veritatem patronum.

Ut enim illic disserens suas fabulas pro animi arbitrio nobis enarrat, dum dicit, quod *Ille qui Mosem misit, ipse erat qui est*; per quem et mittebat et loquebatur; ejus quidem qui est, angelus; aliorum autem omnium Deus. Sed quod hæc non sint Scripturæ verba, licet ex ipsa Scriptura perspicere. Quod si hanc dicit esse mentem litteraræ, ipse nobis primigenius Scripturæ sermo examinandus est. Et primum quidem illud abominabimur quod cum posteriorem Deum nominavit Eunomius Dominum, nihil ei amplius quam naturam angelicam attribuit. Neque enim Moses cum audiit deus esse Pharaonis, humanitatem exiit¹⁷; sed eandem naturam habens, potestatis prærogativa bis qui ejusdem generis superexaltatus est; nihilque vetuit ipsum esse hominem, quod vocatus sit deus. Sic et hic unum angelorum ipsum esse cum asseruit Eunomius, tale peccatum sanat, divinitatis appellatione secundum rationem redditam, dum homonymia quadam ipsi Dei appellationem communem facit. Rursus hæc eadem verba examinemus cum blasphemia exponentes. *Qui misit Moysem*, inquit, *ipse erat qui est, per quem autem misit, ejus qui est erat angelus*, sic nominans Dominum. Verum ab ipsa Scriptura vani hujus scriptoris absurditas reprehenditur, in qua Moses supplex Dominum orat ut non angelum ducatur populi præficiat, sed ipsemet itineris ipsorum ducem se præberet. Sic enim habet contextus ex persona Dei: *Vade, descende, et duc hunc populum in locum quem tibi dixi: et ecce angelus meus ante te pergit qua die consideravero*¹⁸; ac paulo post ait rursus: *Et simul mittam ante te angelum meum*¹⁹. Deinde paulo post, consequenter fit supplicatio ministri ad Deum quæ ad hunc modum habet: *Si inveni gratiam coram te, simul proficiatur Dominus meus nobiscum*²⁰; et rursus²¹. *Nisi ipse nobiscum venias, ne me inde abducas*. Deinde Dei responsio ad Mosem: *Et hunc tibi sermonem quem dixisti faciam; invenisti enim gratiam coram me. Et novi te supra omnes*²². Ergo si Moyses recusat angelum, ipse autem qui loquitur cum ipso, fit comes et dux exercitus, per hæc manifeste demonstratur, quod ille qui ejus qui est, nomine seipsum notum fecit, unigenitus est Deus.

¹⁷ Exod. vii, 1. ¹⁸ Exod. xxxiii, 1. ¹⁹ ibid. 2. ²⁰ Exod. xxxiv, 9. ²¹ Exod. xxxiii, 15. ²² ibid. 17, 12.

Quod si quis his contradixerit, Judaicæ opinionis erit patronus, Filium ad populi salutem non simul assumens. Si enim angelus cum Israelitis non pergit, qui autem per ejus qui est denominationem declaratur, non est Unigenitus, sicut vult Eunomius, nihil aliud quam ex Synagoga decreta in Ecclesiam Dei transfertis. Igitur duorum alterum necessario confitebuntur, vel nusquam Mosis adfuisse unigenitum Deum, vel ipsum Filium esse eum qui est, a quo ad ministrum sit sermo. Sed contradicit dictis ipsam Scripturam prætendens, quæ sic ait, angeli vocem præcessisse, ac postea ejus qui est colloquium subsequutum fuisse: hoc non est contradictio sed nostrorum confirmatio. Nam et nos clare dicimus prophetam de Christo mysterium manifestum facere hominibus volentem, angelum, eum qui est, appellasse; ne si sola ejus qui est, nominatio in colloquio inveniretur, ad Patrem sensus eorum quæ dicuntur referatur. Sed quemadmodum noster sermo mentis impulsionum index est et internuntius: sic etiam dicimus, verum Verbum quod est in principio nuntians proprii Patris consilium, ob nuntiandi munus quo ipse fungitur, angelum dici. Et quemadmodum sublimis Joannes qui prius ipsum Verbum dixerat, ita subjungit, Deum esse Verbum, ne si Dei appellatio præcessisset, ad Patrem cogitationibus impelleremur: sic et magnus Moses cum eum angelum prius nominasset, ipsum esse eum qui est verbis sequentibus edocet, ut manifeste mysterium Christi pronuntiaretur; siquidem per angelum paterni consilii interpres Verbum Scriptura docet, et per appellationem ejus qui est, eam quæ est secundum essentiam Filii cum Patre naturalem proprietatem. Quod si etiam Isaiam velit obijcere, qui dixit, nomen ejus vocari magni consilii Angelum, neque sic nostrum everterit sermonem. Perspicuum enim quod illic nulla est contradictio, quia incarnationis mysterium per vaticinium significatur. *Parvulus*, inquit, *natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus imperium super humerum ejus, et vocatur nomen ejus magni consilii Angelus*²². Ad quod David opinor respexisse, dum regni ejus constitutionem enarrat. Non quod non esset rex, sed quod servilis humilitas, quam per incarnationem subierat Dominus, ad regiam potestatem assumi deberet. *Constitutus sum*, inquit, *rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, nuntians præceptum Domini*²³. Ergo et angelus et Verbum, sigillum et imago, et omnia ejusmodi eodem sensu dicitur qui paternam bonitatem per seipsum notam facit. Quando enim angelus nuntius alicujus efficitur: similiter Verbum, mentis notionem involutam explicat: et sigillum in propria forma archetypum, id est, principem formam, demonstrat, et imago ejus qui depictus est pulchritudinem per se interpretatur. Ita ut hæc omnia significatu inter

Α Εἰ δὲ πρὸς τοῦτο τις ἀντιλέγοι, τῆς Ἰουδαϊκῆς ὑπολήψεως ἔσται συνήγορος, τὸν Υἱὸν μὴ συμπαραλαμβάνων εἰς τὴν τοῦ λαοῦ σωτηρίαν. Εἰ γὰρ ἄγγελος μὴ τοῖς Ἰσραηλίταις οὐ συναπέρχεται· ὁ δὲ διὰ τῆς οὐκ ἐπινοίας ἐπινοίας δηλούμενος, ὁ Μονογενὴς οὐκ ἔστι, καθὼς Εὐνόμιος βούλεται, οὐδὲν ἄλλο ἢ τὰ ἐκ τῆς συναγωγῆς δόγματα πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ μεταφέρεται. Οὐκοῦν τῶν δύο τὸ ἕτερον ἐξ ἀνάγκης ὁμολογήσουσιν, ἢ μηδαμῶς παρεῖναι τῷ Μωϋσῆϊ τὸν μονογενῆ Θεόν, ἢ αὐτὸν τὸν Υἱὸν εἶναι τὸν ὄντα, παρ' οὗ ὁ λόγος πρὸς τὸν θεράποντα γίνεται. Ἄλλ' ἀντιλέγει τοῖς εἰρημένοις αὐτὴν τὴν Γραφὴν προτεινόμενος λέγουσαν, ἀγγέλου προτετάχθαι φωνὴν, καὶ οὕτως ἐπῆχθαι τὸν τοῦ ὄντος διάλογον. Τοῦτο δὲ οὐκ ἀντίρρησις, ἀλλὰ βεβαίως τῶν ἡμετέρων ἔστιν. Καὶ ἡμεῖς γὰρ φαμεν ἐναργῶς τὸν προφήτην τὸ περὶ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον ἐμφανὲς ποιῆσαι τοῖς ἀνθρώποις βουλόμενον, ἄγγελον τὸν ὄντα προσαγορεύσαι· ὡς ἂν μὴ μόνος τῆς τοῦ ὄντος ἐπινοίας κατὰ τὸν διάλογον ἐπίσκοπένης, πρὸς τὸν Πατέρα ὁ νοῦς τῶν λεγομένων ἐπαναφέροιο. Ἄλλ' ὡς περὶ ὁ ἡμέτερος λόγος τῶν τοῦ νοῦ κινήματων μηνυτῆς τε καὶ ἄγγελος γίνεται, οὕτω φαμεν καὶ τὸν ἀληθινὸν Λόγον τὸν ἐν ἀρχῇ ὄντα διαγγέλλοντα τοῦ ἰδίου Πατρὸς τὴν βουλήν, τῇ ἐνεργείᾳ τῆς ἀγγελίας ἐπινομαζόμενον, ἄγγελον λέγεσθαι. Καὶ ὡς περὶ ὁ ὑψηλὸς Ἰωάννης πρότερον αὐτὸν Λόγον εἰπὼν, οὕτως ἐπάγει τὸν Θεὸν εἶναι τὸν Λόγον, ὡς ἂν μὴ προσηγορία τῆς τοῦ Θεοῦ προσηγορίας πρὸς τὸν Πατέρα ταῖς ὑπονοίαις ἀπενεχθειήμεν· οὕτω καὶ ὁ μέγας Μωϋσῆς ἄγγελος ἀπενεχθειήμεν, αὐτὸν εἶναι τὸν ὄντα τοῖς ἐφεξῆς ἐκδιδάσκει λόγοις, ὡς ἂν φανερώς τὸ κατὰ τὸν Χριστὸν προαγγελθεῖν μυστήριον· διὰ μὲν τοῦ ἀγγέλου, τὸν ἐρμηνεῖα τοῦ πατρικοῦ βουλήματος Λόγον τῆς Γραφῆς διδασκούσης· διὰ δὲ τῆς τοῦ ὄντος προσηγορίας τὴν κατ' αὐτὸ εἶναι τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα φυσικὴν οικειότητα. Εἰ δὲ καὶ τὸν Ἠσαΐαν προβάλλοιτο, ὡς εἰπόντα καλεῖσθαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελον, οὐδὲ οὕτως ἀνατρέψει τὸν ἡμέτερον λόγον. Σαφὲς γὰρ ἐκεῖ καὶ ἀναντίρρητον ὡς ἢ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον οἰκονομία διὰ τῆς προφητείας σημαίνεται. *Παιδίον* γὰρ, *φησὶν, ἐγενήθη ἡμῖν, καὶ Υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὕμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος*. Πρὸς δὲ καὶ τὸν Δαβὶδ οἶμαι βλέποντα, τὴν τῆς βασιλείας κατάστασιν διηγεῖσθαι. Οὐχ ὡς οὐκ ὄντος βασιλέως, ἀλλ' ὡς τῆς δουλικῆς ταπεινότητος, ἦν ὑπῆλθε κατ' οἰκονομίαν ὁ Κύριος, εἰς τὴν τῆς βασιλείας ἀξίαν ἀναληφθείσης. *Κατεστάθην γὰρ, φησὶ, βασιλεὺς ὅπ' αὐτοῦ, ἐπὶ Σιών ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλιων τὸ πρόσταγμα Κυρίου*. Οὐκοῦν ἄγγελός τε καὶ Λόγος, σφραγὶς τε καὶ εἰκὼν, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα κατὰ τὴν αὐτὴν ἔνοιαν λέγεται, ὁ τὴν πατρικὴν ἀγαθότητα δι' ἑαυτοῦ γνωρίζων. Ὅτε γὰρ ἄγγελος, μηνυτῆς τινος γίνεται· καὶ ὁ Λόγος ὡσαύτως ἐκκαλύπτει τὸ ἐγκείμενον νόημα, καὶ ἡ σφραγὶς ἐν τῷ ἰδίῳ τύπῳ τὸ ἀρχέτυπον δείκνυσαι, καὶ

²² Isa. ix, 6. ²³ Psal. ii, 6.

ἡ εἰκὼν, τὸ τοῦ ἀπεικονισθέντος κάλλος δι' αὐτῆς ἔρμηνεύει· ὡς ἰσοδυναμεῖν ταῦτα πάντα τῷ σημαινομένῳ πρὸς ἄλληλα. Διὰ τοῦτο ἄγγελος τῆς τοῦ ὄντος ἐπωνυμίας προτίθεται. ἄγγελος μὲν λεγόμενος ὡς μηνυτῆς τοῦ Πατρὸς· ὢν δὲ, ὡς οὐκ ἔχων ὄνομα γνωριστικὸν τῆς οὐσίας, ἀλλὰ πάσης ὑπερκείμενος τῆς ὀνομαστικῆς σημασίας. Διὸ καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὑπὲρ πᾶν εἶναι ὄνομα παρὰ τῆς τοῦ Ἀποστόλου Γραφῆς μεμαρτύρηται. Οὐχ ὡς ἐν τι προτετιμημένον τῶν ἄλλων, ἀλλ' ὡς ὑπὲρ πᾶν ὄνομα ὄντος τοῦ ὄντος.

Ἄλλ' ὀρῶ γὰρ εἰς ἀμετρον ἤδη τὸν λόγον παρατεινόμενον, καὶ δέδοικα τὸ δοκεῖν ἀδόλεσχος τις εἶναι καὶ περιττὸς τὴν φωνήν, εἰς πλῆθος προαγαγὼν τὴν ἀντιβῆρσιν. Καίτοι πολλὰ τῆς διὰ μέσου γραφίας τοῦ ἀντιπάλου παραδραμῶν προμηθῶς, τοῦ μὴ πρὸς πολ-
 λὰς ἐπῶν μυριάδας ἐκταθῆναι τὸν λόγον. Τοῖς γὰρ φιλοπονωτέροις καὶ τὸ μὴ σύντομον, διαβολῆς ἐστὶν ἀφορμή. Ὡς δέον μὴ πρὸς τὴν χρείαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν ἀργῶν τε καὶ ἀσπουδῶν ἐπιθυμίαν βλέπειν, οἷς δι' εὐχῆς ἐστὶν, ὀλίγοις βήμασι πολλὰ τὰ διὰ τῆς ὁδοῦ διανύειν. Τί οὖν χρῆ πράττειν ἐφελοκόμενης ἡμᾶς ἐπὶ τὸ πρόσω τῆς βλασφημίας; ἢ τάχα περιττὸν ἐστὶ καὶ ὄντως ἀδόλεσχον τοῖς ὁμοίοις τῶν ἐπιχειρημάτων ἐναγωνίζεσθαι; Πᾶσα γὰρ αὐτῶν ἡ σπουδὴ καὶ κατὰ τὸν ἐφεξῆς αὐτοῦ λόγον σύμφωνος τοῖς προεξητασμένοις ἐστὶν, οὐδὲν καινὸν εἰς κατασκευὴν παρὰ τὰ προλαβόντα τῶν ἐπιχειρημάτων ἔχουσα. Εἰ τοίνυν ἐβῶται ἡμῖν ἢ τῶν προεκτεθέντων ἀνατροπῇ, καταλίπωμεν ἢ
tatis motionem, immediate et absque intervallo A cum Patre affici. Voluit aliquid Pater, et qui in Patre est Filius Patris voluntatem novit : imo vero ipse Patris voluntas est. Qui enim omnia quæ sunt Patris in seipso habet, nihil est eorum quæ sunt quod non habeat. Si jam omnia habet in seipso quæ paterna sunt, imo vero et ipsum Patrem, omnino cum Patre et his quæ sunt Patris, totam voluntatem paternam in seipso habet. Non eget igitur Patris voluntatem per sermonem discere, ipse cum sit Patris Sermo, sublimiore sermonis significatione. Quis igitur ille sermo qui sit ad eum qui vere est Sermo? et quomodo qui vere est Sermo, rursus alio sermone ad doctrinam indiget? Qui in Deo est, sicut ait Apostolus, et omnia scrutatur, etiam profunda Dei²⁷. Si igitur verbum ali- quod Deus profert, omnis autem sermo in auditu operatur, illi qui Deum operari sermonibus discursivis asserunt, notum faciant nobis divinatorum sermonum auditorium. Ad seipsum loqui non indiget, nec erat Filius indigus ejus doctrinæ quæ constat verbis : Spiritus, inquit, omnia perscrutatur, etiam profunda Dei. Creatura nondum erat. Ad quem sermo factus est? Sed non, ait, Mosis Scriptura mentitur, per quam Deum aliquid dixisse audivimus. Neque magnus David est e numero mentitionum, dicit enim manifeste sic ad verbum, quod Cæli enarrant gloriam Dei, et opus manuum ejus annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam²⁸. Et cum dixit cælos et firmamentum, et a die, et a nocte cognitionem et verba annuntiari, rursus dictis subjungit, quod hæc non sunt loquelæ neque sermones, neque voces horum audiuntur. Quomodo igitur enarrationes, nuntiationes et verba loquelæ non sunt, neque vox quæ audiendi sensu percipitur? An sibi ipsi adversatur Propheta? An aliquid eorum quæ non contingunt explicat, verbum soni expers et enarrationem sine loquela et nuntiationem absque voce docens? An potius penitus verum est vaticinium quod per dicta hoc instruit, quod enarratio cælestis et verbum quod a die clamatur, vox quidem articulata non est, neque loquela per os, sed doctrina divinæ potestatis sicut iis qui audire sciunt tacente voce?

Quid igitur de his existimavimus? (Fortasse enim si hoc noverimus, et quæ a Mose scripta sunt intelligemus.) Sæpe Scriptura ad claram cognitionem rei quæ declaratur, corporaliter eorum quæ intelligentia percipiuntur contemplationem præstat, quale jam hoc est decretum, quod quidem mihi videtur David declarare, hoc per ea quæ dixit, docens, nihil eorum quæ sunt ex aliquo fortuito casu existere, quemadmodum quidam opinati sunt fortuitas et ratione carentes primorum elementorum connexiones mundum totum et quæ in ipso sunt effecisse, nulla providentia per ea quæ sunt

²⁷ I Cor. II, 10. ²⁸ Psal. XVIII, 1 sqq

ματος κίνησιν, ἀμέσως τε καὶ ἀδιαστάτως συνδιατίθεσθαι τῷ Πατρὶ. Ἡθέλησέ τι ὁ Πατήρ, καὶ ὁ ἐν τῷ Πατρὶ ὢν Υἱὸς εἶδε τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς· μᾶλλον δὲ αὐτὸς τοῦ Πατρὸς ἐγένετο θέλημα. Ὅ γὰρ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς ἔχων ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἔστιν ὁ τι τῶν τοῦ Πατρὸς οὐκ ἔχει. Εἰ δὲ πάντα ἔχει ἐν ἑαυτῷ τὰ πατρῷα· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Πατέρα πάντως μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τῶν τοῦ Πατρὸς, ὅλον τὸ θέλημα ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὸ πατρῶον. Οὐ χρῆζει τοίνυν λόγῳ μαθεῖν τοῦ Πατρὸς τὸ θέλημα, αὐτὸς ὢν τοῦ Πατρὸς ὁ λόγος κατὰ τὴν ὑψηλοτέραν σημασίαν τοῦ λόγου. Τίς οὖν καίνιος ὁ λόγος ὁ πρὸς τὸν ὄντως λόγον γινόμενος; Καὶ πῶς ὁ ὄντως λόγος λόγου πάλιν ἐτέρου πρὸς διδασκαλίαν προσδέεται; Ὅς ἐν τῷ Θεῷ ἐστὶ, καθὼς φησὶν ὁ Ἀπόστολος, καὶ πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. Εἰ οὖν ῥήματι φθέγγεται ὁ Θεός, πᾶς δὲ λόγος ἐπὶ ἀκοῆς ἐνεργεῖται, οἱ δημιουργοῦντων Θεὸν διεξοδικῶς λόγους ἀποφαινόμενοι, γνωρισάτωσαν ἡμῖν καὶ τὸ τῶν Θεῶν λόγων ἀκροατήριον. Πρὸς ἑαυτὸν λαλεῖν οὐκ ἐνδέεται, ὁ Υἱὸς ἀπροσδεχῆς ἦν τῆς ἐκ βρῆμάτων διδασκαλίας· Τὸ Πνεῦμα πάντα, φησὶν, ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ· ἡ κτίσις οὕτω ἦν. Πρὸς τίνα ὁ λόγος ἔγινετο; Ἄλλ' οὐ φεύδεται, φησὶν, ἡ τοῦ Μωσέως Γραφή, δι' ἧς τὸ εἰρηκέναι τι τὸν Θεὸν ἀκηκόαμεν. Οὐδὲ γὰρ ὁ μέγας Δαβὶδ τῶν ψευδομένων ἐστὶ· λέγει δὲ σαφῶς οὕτως κατὰ λέξιν, ὅτι Οἱ οὐρανοὶ διηροῦνται δόξαν Θεοῦ, καὶ πόλῃσιν χερσὶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεῦνται ῥήμα, καὶ νύξ ἀναγγέλλει γινώσιν νυκτὶ. Καὶ εἰπῶν διηγεῖσθαι τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὸ στερέωμα, καὶ παρὰ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ἀπαγγέλλεσθαι γινώσιν καὶ ῥήματα, πάλιν ἐπάγει τοὺς εἰρημένους ὅτι ταῦτα λαλιαὶ οὐκ εἰσὶν οὐδὲ λόγοι, οὐδὲ φωναὶ τούτων ἀκούονται. Πῶς οὖν διηγήματα, καὶ ἀναγγεῖλαι καὶ ῥήματα λαλιαὶ οὐκ εἰσὶν, οὐδὲ φωνὴ διὰ τῆς ἀκουστικῆς αἰσθήσεως ἐγγινόμενῃ; Ἄρα μάχεται πρὸς ἑαυτὸν ὁ Προφήτης; Ἄρά τι τῶν οὐκ ἐνδεχομένων διέξεισιν, ἀφθογγον ῥήμα, καὶ διήγησιν ἄλαλον καὶ ἀγγελίαν δίχα φωνῆς διδάσκων; Ἡ παντὸς μᾶλλον ἀληθῆς ἡ προφητεία ἢ τοῦτο διὰ τῶν εἰρημένων παιδεύουσα, ὅτι τὸ διήγημα τὸ οὐράνιον, καὶ τὸ ῥήμα τὸ παρὰ τῆς ἡμέρας βοῶμενον, φωνὴ μὲν ἐναρθρὸς οὐκ ἔστιν, οὔτε λαλιὰ διὰ στόματος· διδασκαλία δὲ τῆς θείας δυνάμεως γίνεται τοῖς ἐπαλείν ἐπιστά-
D μένοις σιωπῶσης φωνῆς;

Τί οὖν περὶ τούτων ὑπελήψαμεν (τάχα γὰρ ἐὰν τοῦτο νοήσωμεν, καὶ τὰ παρὰ Μωσέως νενοηκότες ἐσόμεθα); Πολλάκις ἡ Γραφή πρὸς ἐναργῆ κατανόησιν τοῦ δηλουμένου πράγματος, σωματικώτερον διασκευάζει τὴν τῶν νοητῶν θεωρίαν, οἷον δὴ καὶ τοῦτο τὸ δόγμα ἐστίν, ὅπερ δοκεῖ μοι ὁ Δαβὶδ ἀποφαίνεσθαι, τοῦτο δι' ὧν εἶπε, διδάσκων οὐδὲν τῶν ὄντων ἐκ τινος αὐτομέτου συντυχίας τὴν ὑπόστασιν ἔχειν, καθάπερ φήθησάν τινες τυχαίας τε καὶ ἀλόγους τῶν πρώτων στοιχείων αὐτεμπλοχῆς, τὸν κόσμον ἡμῖν ὅλον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ κατεργάσασθαι, οὐδεμίαν προνοίαν διὰ τῶν ὄντων ἡκούσης· ἀλλ' ἐστὶ τι τῆς τοῦ παντὸς συστάσεως

τε καὶ διοικήσεως αἴτιον, οὐ πᾶσα ἐξήπται ἡ φύσις, ἀκαίθεον τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς αἰτίας ἔχει, καὶ πρὸς ἐκείνον νένευκέ τε καὶ ἐπιστρέφεται, καὶ ἐν αὐτῷ διαμένει. Καὶ ἐπειδὴ, καθὼς φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ἡ ἀδύοξ αὐτοῦ δύναμις καὶ θεϊότης ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως νοουμένη καθορᾶται, διὰ τοῦτο πᾶσα ἡ κτίσις, καὶ πρὸ γε πάντων, καθὼς φησὶν ὁ λόγος, ἡ ἐν τοῖς οὐρανοῖς διακόσμησις, διὰ τῆς ἐμφαινομένης τοῖς γενομένοις τέχνης, τὴν τοῦ πεποιηκότος σοφίαν ἐνδείκνυται. Καὶ τοῦτό μοι δοκεῖ παραστῆσαι θέλων τὴν ἐκ τῶν φαινομένων μαρτυρίαν, τοῦ σοφῶς καὶ ἐντέχνως τὰ ὄντα κατασκευάσθαι, καὶ εἰσαεὶ διαμένει ἐν τῇ δυνάμει τοῦ τὸ πᾶν οἰκλιζόντος. Αὐτοὺς φησὶ τοὺς οὐρανοὺς, δι' ὧν τὴν σοφίαν τοῦ πεποιηκότος δεικνύουσιν, μονοουχὶ φωνὴν ἀφιέντας, βοᾶν καὶ διακηρύσσειν τοῦ δημιουργοῦ τὴν σοφίαν διὰ φωνῆς. Ἐξέστι γὰρ οἰονεὶ λόγῳ ταῦτα διδασκόντων ἀκούειν, ὅτι πρὸς ἡμᾶς ὀρώντες, ὡ ἄνθρωποι, καὶ τὸ ἐν ἡμῖν κάλλος καὶ μέγεθος, καὶ τὴν ἀεικίνητον ταύτην περιφορὰν, καὶ τὴν εὐτακτόν τε καὶ ἐναρμόδιον, καὶ αἰ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὠσαύτως ἔχουσαν κινήσιν, νοήσατε τὴν ἐπιστατοῦντα τῆς ἡμετέρας συστάσεως, καὶ διὰ τοῦ φαινομένου κάλλους, τὸ πρωτότυπον καὶ ἀόρατον κάλλος ἀναλογίσασθε. Οὐδὲν γὰρ ἐν ἡμῖν ἀδέσποτον ἢ αὐτοκίνητον, ἢ αὐτόματον· ἀλλὰ πᾶν τὸ φαινόμενόν τε περὶ ἡμᾶς καὶ νοούμενον, τῆς ὑψηλῆς τε καὶ ἀφράστου δυνάμεως ἤρτηται. Ταῦτα λόγος μὲν ἐναρθῆρος οὐκ ἔστιν, ἐντίθησι δὲ διὰ τῶν φαινομένων ταῖς ψυχαῖς τὴν γνῶσιν τῆς θείας δυνάμεως, μᾶλλον ἢ εἰ διὰ φωνῆς ὁ λόγος ἐκήρυσσεν. Ὡσπερ τοίνυν δηγεῖται ὁ οὐρανός, καὶ οὐ φθέγγεται, καὶ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα τὴν τοῦ Θεοῦ ποίησιν, καὶ φωνῆς οὐ προσδέεται, καὶ ῥῆμα οὐ προίεται ἢ ἡμέρα, καὶ λαλιὰ οὐκ ἔστιν· καὶ οὐκ ἂν τις εἰποὶ διασφάλλεσθαι τὴν προφητείαν· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐπειδὴ εἰς ἀμφοτέροις τῷ Μωσεί· καὶ τῷ Δαβὶδ ὁ διδάσκαλος, τὸ Πνεῦμα λέγων τὸ ἄγιον, ὁ τὸ πρόσταγμα καθηγήσασθαι τῆς κτίσεως λέγων, οὐ ῥημάτων ἡμῖν δημιουργὸν τὸν Θεὸν ὑποτίθεται, ἀλλὰ πραγμάτων διὰ τῆς τῶν ῥημάτων σημασίας γνωριζομένων. Ἴνα γὰρ μὴ ἀδέσποτά τινα καὶ αὐτοφυῆ τὴν κτίσιν εἶναι νοήσωμεν, καὶ γεγενῆσθαι ταύτην παρὰ τῆς τάξεως φιλοσοφῆ· τῶν κατὰ τὴν κοσμοποιίαν ὑπὸ τοῦ Μωσέως ἐν ιστορίας χαρακτηρί δογματικῶς εἰρημένων. Ἡ γὰρ ἂν μᾶλλον, δι' ἐκάστου τῶν γεγραμμένων, τὸ πεπλανημένον τε καὶ μάταιον τῆς τῶν ἐναντίων ὑπολήψεως φανερώς διηλέγχθη. Ἐξέστι δὲ τῷ βουλομένῳ τοῖς εἰς τὴν Γένεσιν πεπονημένοις ἡμῖν ἐντυχόντι, δοκιμάσαι τῶν τε ἡμετέρων καὶ τῶν ὑπεναντιῶν δογματικῶν τὸν ἀκαλουθότερον λόγον. Ἄλλ' ἐπὶ τὴν προκειμένην ἡμῖν σπουδὴν ἐπανακτέον τὸν λόγον.

Ὅτι οὐ πάντως ἐπὶ Θεοῦ φωνὴν καὶ ῥῆμα ἡ τοῦ εἰπεῖν λέξις ἐνδείκνυται, ἀλλὰ τῷ βουλήματι τοῦ Θεοῦ σύνδρομον ἀποφαίνουσα τὴν δύναμιν, αἰσθητικώτερον ἡμῖν τὴν νοητὴν ὑποδείκνυσι θεωρίαν. Ἐπειδὴ γὰρ θαλήματι τοῦ Θεοῦ συνίστη τὰ πάντα, σύνθεσις δὲ τοῖς ἀνθρώποις λόγῳ πρῶτον διασημαίνεσιν τὸ βούλημα,

²⁰ Rom. 1, 20.

A penetrante, sed quædam est universi constitutionis et administrationis causa, ex qua omnis dependet natura, atque illinc principia et causas habet, et ad illum nutat, et convertitur, et in eo permanet. Ac quoniam, sicut ait Apostolus²⁰, sempiterna virtus et deitas a mundi creatura dum intelligitur, conspicitur, propterea omnis creatura, et ante omnia, sicut dicit sermo, in cælis ornatus, per artem quæ in his quæ facta sunt apparet, ejus qui condidit sapientiam demonstrat. Atque hoc mihi videtur velle ex his quæ apparent testimonium exhibere, quod ea quæ sunt sapienter et artificiose constructa, permanent in perpetuum in virtute ejus qui omnia gubernat. Ipsos inquit cælos, per quæ sapientiam ejus qui condidit demonstrant, propemodum vocem emittentes clamare et prædicare sine voce, opificis sapientiam. Licet enim velut sermone hæc docentes audire, quod in nos cernentes, o homines, et quæ in nobis est pulchritudinem, et magnitudinem semperque mobilem hanc in orbem lationem, et bene ordinatum, ac cœnnum per eadem semper et eodem modo habentem motum, animis advertite nostræ constitutionis auctorem et præsidem, et per apparentem pulchritudinem primariam et exemplarem, atque invisibilem pulchritudinem ratione perpendite. Nihil in nobis absque Domino et certo auctore, nihil per se mobile vel casu et fortuito incitatum; sed quidquid in nobis apparet et intelligitur, ex sublimi et inexplicabili potentia pendet. Hæc quidem non sunt sermo articulatus, sed per ea quæ apparent magis inserunt animis divinæ virtutis cognitionem, potius quam si per vocem sermo prædicaret. Quemadmodum igitur cælum enarrat, nec loquitur, et annuntiat firmamentum Dei operationem, neque voce indiget, nec verbum dies projicit, et non est loquela, neque dixerit quisquam vaticinium errasse: eodem modo quoniam unus ambobus Mosi et David (Spiritus, dico, sanctus) doctor fuit, qui jussum creaturæ præfuisse dicit, non verborum nobis opificem Deum subjicit, sed rerum quæ verborum significatione innotescunt. Ne enim quædam sine certo auctore et sponte sua edita esse, quoad creationem, animo caperemus, etiam hanc genitam esse ab ordine eorum quæ in mundi creatione a Mose in historicæ characteræ dogmaticæ dicta sunt, discere licet. Etenim, ex unoquoque Scripturæ loco, vana et erronea adversariorum opinio magis aperte redarguitur. Licet autem cuilibet legere volenti quæ scripsimus in Genesim perpendere, nunquid sit nostrorum decretorum ratio magis consentanea, an adversariorum. Sed ad propositum nobis studium revocanda est oratio.

Quod in Deo vocem et verbum dictio hæc, Dixit, minime demonstrat, sed Dei voluntati comitem potentiam declarans, sensibus accommodatius intelligibilem ostendit contemplationem. Quoniam igitur Dei voluntate consistunt omnia, hominibus autem consuetum et familiare sermone primum voluntaria

tem significare, et sic opus voluntati consonum inducere; Scriptura autem de mundi creatione quodammodo ad Dei cognitionem incipientibus introductoria est, per ea quæ sunt promptiora ad cognitionem, robur et potentiam divinæ naturæ repræsentat, promptior autem est ad eorum quæ intelliguntur cognitionem ea quæ fit per sensum comprehensio: hujus causa Moses per id quod dixit Deum jussisse fieri, excitantem voluntatis potestatem exprimit. Cum adjecit, *Et ita factum est* ²⁰, nullam esse voluntatis et actus in divina potentia differentiam ostendit, sed docet in Deo intellectum actui præire, non tamen actum cognito posteriore esse, sed simul duo, et secundum idem considerari, et electivam mentis motionem et perfectivam rei potentiam. Nullum enim dedit medium intelligendum ratio electionis et actionis; sed quemadmodum cum accensione flammæ etiam fulgor apparet, qui ex illa est, et cum ipsa effulget: eodem modo opus quidem divinæ voluntatis est eorum quæ facta sunt substantia, non tamen ordine secundo sequitur post voluntatem. Non enim, quemadmodum in aliis quibus aliqua potentia activa est a natura, hoc quidem potentia cernitur, illud vero secundum actus complementum; exempli gratia, semper quidem dicimus esse navium fabricatorem in potentia habentem artem navium fabricandarum, operari autem cum in operibus scientiam ostendit. Non sic in beata vita, sed totum quod quidem in illa intelligitur, efficax est, et actus est, voluntate sine medio ad finem sibi propositum transeunte. Ut igitur qui in cælo est ornatus Opifici gloriam testificatur, et eum qui fecit confitetur, nec tamen voce indiget: sic contra quis sumpto ex Mosis Scriptura loco, mecum reputet, quod Deus qui suo jussu universa in rerum naturam produxit, mundum dicit suam esse creaturam, nec verbis ad hujus notiæ declarationem indiget. Ut igitur qui audivit cælum enarrare, sermonem enarrativum non quæsit: mundus enim mente prædito loquitur per ea quæ fiunt, declarationem quæ fit verbis valere sinens: sic et Mosem dicentem si quis audierit, Deum nominatim de singulis mundi partibus edicentem et jubentem, neque prophetam mentiri suspicetur, neque exilibus et humilibus D notionibus deterat sublimium speculationem, quasi divinitatem per hujusmodi ad hominis modum transferens, et nostro more emissa mandata et jussa percensere supponens. Sed jussum explicet voluntatem; rerum autem creaturarum nomina ipsam rerum factarum substantiam significant: ita ut duo per hæc dicta discat, et quod Deus omnia volens operatus est, et quod absque opera et labore divina voluntas, natura sibi fiat.

Quod si quis illud, *Dixit Deus* ²¹, carnaliter et crassius interpretetur, ut per hoc articulatum ser-

καὶ οὕτως ἐπέγειν τὸ ἔργον συμφωνοῦν τῷ βουλήματι ἢ δὲ Γραφή τῆς κοσμογενείας εἰσαγωγικὴ παρὰ εἰς θεογενεσίαν τοῖς ἀρχομένοις ἐστὶ, διὰ τῶν ἐτοιμοτέρων εἰς κατανοήσιν τὴν ἰσχυρὴν τῆς θείας παρίστησι φύσεως, προχειρότερον δὲ εἰς γῶσιν τῶν νοουμένων ἢ διὰ τῆς αἰσθησεως κατάληψις γίνεται· τούτου χάριν ὁ Μωϋσῆς διὰ τοῦ εἰπεῖν τὸν Θεὸν τὸδε γενέσθαι προστάξει, τὴν ὀρητικὴν τοῦ θελήματος ἐξουσίαν παρίστησι· διὰ δὲ τοῦ προσθεῖναι τὸ, *καὶ ἐγένετο οὕτως*, τὸ μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν βουλήματός τε καὶ ἐνεργείας ἐπὶ τῆς θείας ἐνδείκνυται φύσεως, ἀλλὰ διδάσκει καθηγεῖσθαι μὲν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τῆς ἐνεργείας τὴν νόησιν, οὐκ ἐφυστερίζειν δὲ μετὰ τὸ νοηθῆναι τὴν ἐνεργείαν, ἀλλ' ἅμα τὰ δύο, καὶ κατὰ ταῦτὸν θεωρεῖσθαι, τὴν τε προαιρετικὴν τοῦ νοῦ κίνησιν καὶ τὴν ἀποτελεσματικὴν τοῦ πράγματος δύναμιν. Οὐδὲν γὰρ ἔδωκεν ἐνοήσας μῆσον ὁ λόγος τῆς προαιρέσεως καὶ τῆς πράξεως, ἀλλ' ὥσπερ τῇ ἐξάψει τῆς φλογὸς καὶ ἡ αὐγὴ συνεκφαίνεται, καὶ ἐξ ἐκείνης οὖσα, καὶ μετ' αὐτῆς συνεκλάμπουσα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἔργον μὲν τοῦ θελοῦ θελήματος ἢ τῶν γεγονότων ἐστὶν ὑπόστασις, οὐ μὴν δευτερεύει τῇ τάξει μετὰ τὸ βούλημα. Οὐ γὰρ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων οἷς τις πρακτικὴ δύναμις ἐκ φύσεώς ἐστι, τὸ μὲν δυνάμει θεωρεῖται, τὸ δὲ κατὰ τὴν τῆς ἐνεργείας ἐκπλήρωσιν· ὡς, φέρε εἰπεῖν, ἀεὶ μὲν εἶναι ναυπηγὸν φαμεν τῇ δυνάμει τὸν τὴν ναυπηγικὴν ἔχοντα τέχνην, ἐνεργεῖν δὲ τότε ὅταν ἐπὶ τῶν ἔργων δεῖξῃ τὴν ἐπιστήμην. Οὐχ οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς μακαρίας ζωῆς, ἀλλ' ἴδιον ὁ τι κέρ ἐστὶν ἐν ἐκείνῃ νοούμενον, ἐνεργεῖς, καὶ πρῶξις ἐστὶν, ἀμέσως τοῦ βουλήματος πρὸς τὸ κατὰ πρόθεσιν τέλος μεθισταμένου. Ὡς τοίνυν μαρτυρεῖ τῷ Δημιουργῷ τὴν δόξαν ἢ ἐν τῷ οὐρανῷ διακόσμησις, καὶ ὁμολογεῖ τὸν πεποιηκότα, καὶ φωνῆς ὁ προσδέεται, οὕτω μοι τὸ ἔμπαιλιν ἐκ τῆς τοῦ Μωϋσεως Γραφῆς μεταλαβῶν ἂν τις λογισαίτο, ὅτι καὶ ἑαυτοῦ κτίσμα ὁ Θεὸς λέγει τὸν κόσμον ὁ τῷ προστάγματι τὸ πᾶν οὐσιώσας, καὶ ῥημάτων πρὸς δῆλωσιν τῆς ἐνοίας ταύτης οὐκ ἐπαδέεται. Ὡς οὖν ὁ ἀκούσας οὐρανοῦ διηγουμένου, διεξοδικῶν οὐκ ἐζήτησε λόγον· λαλεῖ γὰρ τῷ νοῦν ἔχοντι διὰ τῶν γινομένων ὁ κόσμος, τὴν διὰ τῶν ῥημάτων δῆλωσιν χαίρειν ἑάσας· οὕτω καὶ τοῦ Μωϋσεως λέγοντός τις ἀκούση, ὡς τοῦ Θεοῦ ὀνομαστὶ περὶ τῶν καθ' ἕκαστον τοῦ κόσμου μερῶν διατάττοντός τε καὶ κελεύοντος, μήτε ψευδεσθαι τὸν προφήτην ὑπονοεῖται, μήτε μικροῖς καὶ χαμαιζήλοις νοήμασι κατασμικρυνέτω τὴν τῶν ὑψηλῶν θεωρίαν, οἷον ἐξανθρωπίζων διὰ τῶν τοιοῦτων τὸ θεῖον, καὶ κατὰ τὴν ἡμετέραν συνήθειαν φωνῇ τὰ προστάγματα διεξοδεύειν ὑποτιθέμενος, ἀλλὰ τὸ μὲν πρόσταγμα δηλοῦται τὴν βούλησιν· τὰ δὲ τῶν κτισθέντων ὀνόματα αὐτὴν διασημαίνετω τὴν τῶν γεγονότων ὑπόστασιν· ὥστε τὰ δύο διὰ τῶν εἰρημένων μαθεῖν, καὶ ὅτι βουλευθεὶς ὁ Θεὸς τὰ πάντα κατεῖργασται, καὶ ὅτι ἀπραγμόνως τε καὶ ἀκόπως τὸ θεῖον βούλημα φύσις ἐγένετο.

Εἰ δὲ τις τὸ, *Ἐἶπεν ὁ Θεός*, σαρκικώτερον ἐρμηνεύει, ὡς διὰ τούτου τὸν ἐναρθρὸν λόγον πρὸ' αὐτοῦ

²⁰ Gen. 1, 7 sqq. ²¹ Gen. 1, 3 sqq.

γεγενῆσθαι κατασκευάζειν, ὁ αὐτὸς οὗτος καὶ τὸ, *Α* *Εἶθε* ὁ θεός, κατὰ τὴν ἀντιληπτικὴν ἡμῶν αἰσθησιν διὰ τῆς τῶν ὀφθαλμῶν ἐνεργείας γινώσκουσιν πάντως ὑπονοήσαι. Καὶ τὸ, *Ἦκουσε Κύριος καὶ ἠλέησέ με*, καὶ, *Ὁσφρανθή ὀσμὴν εὐωδίας*, καὶ ὅσα περὶ κεφαλῆς θείας, ἢ ποδός, ἢ χειρὸς, ἢ βλεφάρων, ἢ δακτύλων, ἢ ὑποδήματος ἢ Γραφῆ σωματικώτερον διεξέρχεται, πάντα κατὰ τὸ προχείρως σημαινόμενον ἐκλαδῶν, ἀνθρωποειδὲς ἡμῖν διαγράφει τὸ θεῖον, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἐν ἡμῖν φαινομένων. Εἰ δὲ δακτύλων τις ἔργα τοὺς οὐρανοὺς ἀκούων, καὶ χεῖρα κραταίαν, καὶ βραχίονα ὑψηλόν, καὶ ὀφθαλμὸν, καὶ βλέφαρα, καὶ πόδα, καὶ ὑποδήματα, θεοπρεπεῖς ἐννοίας δι' ἐκάστου τῶν εἰρημένων ἀναλογίζεται, καὶ οὐ διαμαλύνει τὸν περὶ τῆς καθαρᾶς φύσεως λόγον ταῖς σωματικαῖς ὑπολήψεσι καταρπαζίνων, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ τὰς τῶν ῥημάτων ἐκφωνήσεις ἐνδεικτικὰς μὲν ἡγεῖσθαι τοῦ θεοῦ βουλήματος, μὴ μέντοι φωνὰς ἐνάρθρους ὑπολαμβάνειν, ἀλλ' ἐκεῖνο λογίζεσθαι, ὅτι ὁ τῆς λογικῆς φύσεως δημιουργὸς ἀναλογεῖντα τῷ μέτρῳ τῆς φύσεως τὸν λόγον ἡμῖν δεδῶρηται, ὡς ἂν ἔχοιμεν ἐξαγγέλλειν δι' αὐτοῦ τῆς ψυχῆς τὰ κινήματα. Ὅσον δὲ ἀπέχει ἡ φύσις τῆς φύσεως, ἢ θεία λέγω τῆς ἡμετέρας, κατὰ τὸ ἴσον μέτρον τῆς ὑποστάσεως πάντα τὰ περὶ αὐτὴν ὄντα τῶν ἐν ἡμῖν θεωρουμένων, πρὸς τὸ μεγαλειότερόν τε καὶ θεοπρεπέστερον τὴν παραλλαγήν ἔχει. Καὶ ὡς ἡ δύναμις ἢ καθ' ἡμᾶς πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ κρινόμενη τὸ μῆδὲν ἐστὶ, καὶ ἡ ζωὴ πρὸς τὴν ζωὴν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ ἡμέτερα πρὸς τὰ ἐν ἐκείνῳ κρινόμενα, ὡς οὐδὲν ἐνώπιον αὐτοῦ, καθὼς *Κ* ἡ προφητεία φησὶν· οὕτως καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος πρὸς τὸν ὄντως ὄντα λόγον κρινόμενός ἐστιν οὐδὲν. Οὗτος μὲν γὰρ ἐν ἀρχῇ οὐκ ἦν, ἀλλὰ τῇ ἡμετέρᾳ συγκατασκευάσθη φύσει· οὔτε κατ' ἰδίαν θεωρεῖται ὑπόστασιν, ἀλλ' ὡς φησὶ περὶ τοῦ διδάσκαλος, τῷ φόβῳ τῆς γλώσσης συναφανίζεται· οὔτε ἔργον ἔστι τούτου νοῆσαι τοῦ λόγου, ἀλλ' ἐν μόνῃ φωνῇ καὶ γράμματι τὴν ὑπόστασιν ἔχει. Ὁ δὲ ἐκ τοῦ Θεοῦ λόγος, θεός ἐστι, λόγος ἐν ἀρχῇ ὢν καὶ εἰσαεὶ διαμένων, δι' οὗ τὰ πάντα καὶ ἐστὶ καὶ συνέστηκε, καὶ τοῦ παντός ἐπιστατεῖ, καὶ πᾶσαν ἔχει τὴν ἐξουσίαν τῶν ἐν οὐρανῷ καὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ζωὴ, καὶ ἀλήθεια, καὶ δικαιοσύνη, καὶ φῶς, καὶ πᾶν ἀγαθὸν ὢν, καὶ τὰ πάντα ἐν τῷ εἶναι διακρατῶν. Τοιοῦτου τοίνυν ὄντος καὶ τοσοῦτου τοῦ λόγου τοῦ περὶ τὸν θεὸν νοουμένου, οὗτος τὸν ἐν ὀνόμασι καὶ ῥήμασι καὶ συνδέσμοις συναπαρτιζόμενον λόγον, ὡς τι μέγα χαρίζεται Θεῷ, ἀγνοῶν ὅτι ὡσπερ ὁ τὴν πρακτικὴν τῆ φύσει ἡμῶν χαρισάμενος δύναμιν, οὐ τὰ καθ' ἑκάστον ἡμῶν ἔργα δημιουργεῖν λέγεται, ἀλλ' ὁ μὲν ἔδωκε τῇ φύσει τὴν δύναμιν, ἐνεργεῖται δὲ παρ' ἡμῶν οἰκία, καὶ βᾶθρον, καὶ ῥομφαία, καὶ ἄροτρον, καὶ ἄσπερ ἂν ὁ βίος τύχη δεδόμενος ὢν τὰ καθ' ἑκάστον ἐστὶ μὲν ἔργα ἡμέτερα, εἰς δὲ τὸν ἡμῶν αὐτῶν αἰτίον τὴν ἀναφορὰν ἔχει, τὸν δεκτικὴν πάσης ἐπιστήμης τὴν φύσιν ἡμῶν δημιουργήσαντα· οὕτως καὶ ἡ τοῦ λόγου δύναμις, ἔργον μὲν ἐστὶ τοῦ ζοιούτου ἡμῶν πεποιηκότος τὴν φύσιν, ἢ δὲ τῶν καθ'

monem ab eo factum esse adstruat, hic idem et hoc, *Vidit Deus* ²², prout sensus noster percipit, per oculorum actionem cognoscere prorsus suspicabitur. Et illud, *Audivit Dominus, et mei misertus est* ²³; et, *Odoratus est odorem suavitatis* ²⁴, et quæcunque de capite divino, vel pede, vel manu, vel palpebris, vel digitis, vel calcamento Scriptura corporalius narrat, omnia prompto et vulgari significato accipiens, nobis humana specie præditum Numen depinget, per similitudinem eorum quæ in nobis apparent. Quod si digitorum opera cælos audiens, et manum firmam, et brachium excelsum, et oculum, et palpebras, et pedem, et calcamenta, Deo decoras notitias per horum quæ dicta sunt unumquodque reputat, nec polluit de pura natura sermonem corporeis opinionibus inquinans, consequens fuerit etiam verborum enuntiationes quidem divinæ voluntatis indices esse existimare, non certe voces articulatas opinari, sed illud ratione complecti, quod naturæ rationalis opifex naturæ modo proportionatum sermonem nobis donavit, ut per eum animi motus possemus enuntiare. Quantum autem natura abest a natura, divina dico a nostra, tantum quæ circa nostram subsistentiam considerantur, differunt ab eo quod est in Deo magnificentius et ipsi convenientius. Et ut nostra potestas cum Dei potentia collata nihil est, et vita cum vita, et alia omnia nostra cum his quæ in illo sunt comparata, ut nihilum coram ipso, sicut ait prophetia ²⁵: sic etiam noster sermo cum eo qui vere est Sermo, comparatus, nihil est. Hic enim in principio non erat, sed cum nostra natura constructus est; neque secundum propriam spectatur subsistentiam, sed, sicut alibi dicit magister, cum linguæ strepitu evanescit, neque hujus sermonis opus aliquid licet intelligere, sed in sola voce et littera subsistentiam habet. Sed qui ex Deo est Sermo, Deus est, Verbum quod est in principio et in perpetuum permanet, per quem omnia et sunt et constant, et universo præsidet omnemque habet eorum quæ sunt in celo et in terra potestatem, vita et veritas, justitia et lux, et omne bonum existens, et omnia in natura, ut sint continens. Talis igitur et tantus Sermo cum sit et in Deo intelligatur, iste sermonem, qui in nominibus et verbis et conjunctionibus compingitur, velut quid magnum Deo largitur, ignorans quod quemadmodum qui activam potentiam naturæ nostræ gratificatus est, non quæ sunt in quoque nostrum opera efficere dicitur, sed ille quidem nostræ naturæ vim dedit, a nobis vero domus efficitur, et scamnum, et gladius, et aratrum, et quodcunque opus quo vita nostra indigeat: quorum singula sunt quidem opera nostra, sed ad nostrum ipsorum auctorem relationem habent, qui omnis scientiæ pacem naturam nostram condidit: sic etiam sermonis potentia opus quidem est ejus qui talis

²² Gen. i, 4 sqq. ²³ Psal. xxix, 11. ²⁴ Gen. viii, 21. ²⁵ Psal. xxviii, 6

nostram fecit naturam, inventio vero verborum A singulorum ad rerum significantiæ usum a nobis ipsi excogitata est. Quod hinc manifeste apparet, quia quamplurima quæ dicuntur turpia et indecora prorsus esse censentur, quorum nullus mente præditus inventorem Deum suspicatus fuerit. Quare tametsi ex Dei persona quædam a sacra Scriptura verba nobis familiaria et assueta dicantur, cognoscendum est quod Spiritus sanctus ex nostris nobiscum disserit: quemadmodum in Actorum historia didicimus²⁶, quod unusquisque in sua lingua in qua natus erat, doctrinam accipiebat, per sibi cognita verba vim sermonum audiens.

Et quod hæc vera sint, magis didicerit, qui diligentius et accuratius Leviticam legum sanctionem perpenderit. Illic²⁷ enim sartaginis, et lagani sive placentæ, et similitæ, et ejusmodi nominum meminuit in mysticis sacrificiis, symbolicè et per ænigmata animæ utilia quædam dogmata subindicans. Quinetiam mensuras quasdam nominat solito tum more, hyphi quoddam dicens et nebel, et in, et multa ejus generis. Num has appellationes imposuit et nominationes, et a principio sic præscripsit fieri et dici, ita ut hoc quidem semen frumentum diceret, hujus autem medullam nominaret simlam; quæ vero in superficie apparent, et sunt membranosa et supernatant bellaria, lagana appellaret: et vas tale in quo massa humida exasatur atque exsiccatur, sartaginem jusserit nominari; humidi vero tantam quantitatem in vel nebel nomine appellare, et fructus aridiores metiri mensura dicta gomor? Nugæ et vanitas Judaica, quæ permultum a Christianorum sublimi natura et excellentia excidit, nimirum putare magnum et excelsissimum, et supra omne nomen et animi cogitationem Deum, qui sola voluntatis potestate universum creat, et ad generationem adducit, et in sua natura ipsum conservat, ut aliquem grammaticistam, id est ludi litterarii magistrum, ejusmodi nominum positiones inaniter operantem, sedere. Sed quemadmodum surdis signis et gestibus quid agere debeant, indicamus, non quia ipsi vocem non habeamus, cum hoc facimus, sed quia omnino sit inutilis non audientibus quæ sit verbis enarratio: sic natura humana cum sit quodammodo surda et nihil excelsam et sublime audiat, Dei gratiam dicimus multifariam multisque modis in prophetis loquentem²⁸, pro captu nostro et secundum id quod nobis est consuetum et familiare sanctorum prophetarum linguas conformantem, per hæc nos ad sublimium cognitionem velut manu ducere, non vero secundum suam inagnitudinem et sublimitatem doctrinam facere: quomodo enim in exiguo quod magnum est caperetur? sed quia ad parvitatem nostram se vis divina demittit. Et quemadmodum motricem animæ facultatem Deus cum dedit, non amplius singulos

ἑκαστον ῥημάτων εὐρεσις, πρὸς τὴν χρείαν τῆς τῶν ὑποκειμένων σημασίας παρ' ἡμῶν αὐτῶν ἐκπενοήθη. Τεκμηρίον δὲ, ὅτι πολλὰ τῶν λεγομένων αἰσχρὰ τε καὶ ἀπρεπῆ παντάπασιν εἶναι γενόμενοι, ὧν οὐκ ἐν τις τῶν νοῦν ἔχόντων εὐρετὴν τὸν θεὸν ὑπολάβοι. Ὡστε καὶ ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ λέγεται τινα παρὰ τῆς θείας Γραφῆς τῶν ἡμῖν συνθῆτων ῥημάτων, γνωστόεον ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῶν ἡμετέρων ἡμῖν διαλέγεται. Καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς τῶν Πράξεων ιστορίας ἐμάθομεν, ὅτι ἕκαστος ἐν τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἐν ἣ ἐγενήθη τὴν διδασκαλίαν ἐδέχετο, διὰ τῶν γνωρίμων αὐτῶ ῥημάτων τῆς δυνάμεως ἐπαίων τῶν λόγων.

Καὶ ὅτι ἀληθῆ ταῦτα, μᾶλλον ἂν τις μάθοι φιλοπονώτερον τὴν λευϊτικὴν νομοθεσίαν κατεξετάζων. Β Τηγάνον γὰρ ἐκεῖ, καὶ λαγάνου καὶ σεμιδάλεως καὶ τῶν τοιούτων μέμνηται ὀνομάτων ἐν ταῖς μυστικαῖς ἱεροουργίαις, συμβολικῶς καὶ δι' αἰνίγματος ψυχωφελῆ τινα δόγματα ὑφηγοῦμενος. Καὶ μέτρα τινὰ κατονομάζει κατὰ τὴν τότε συνθηθειαν, ὕφι τι λέγων, καὶ νέβελ, καὶ ἴν, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Ἐρα ποιήσας τὰς προσηγορίας ταύτας καὶ ὀνομασίας, ἡ τὴν ἀρχὴν οὕτω διαταξάμενος γίνεσθαι καὶ λέγεσθαι, ὥστε τὸ μὲν τοιοῦτον σπέρμα εἶπεν· τούτου δὲ τὴν ἐντερίωνν ὀνομάσαι σεμιδάλιν· καὶ τὰ ἐπιπόλαια καὶ ὑμενώδη καὶ διηλωμένα τῶν περμάτων, λάγανα προσεῖπεν· καὶ τὸ τοιοῦδε σκεῦος ἐν ᾧ τὸ ὑγρὸν τοῦ φεράματος ἐξοπτᾶται· καὶ ἐξηκμάζεται, τηγανον ὀνομασθῆναι προστάξει· τοῦ τε ὑγροῦ τὴν τοιοῦτον ποσότητα τῷ τοῦ ἴν ἢ νέβελ ὀνοματι διαγορεύειν, καὶ τοὺς C ξηροτέρους καρποὺς διαμετρεῖσθαι τῷ γόμορ; Φλωαρία ταῦτα καὶ ματαιότης Ἰουδαϊκῆ πάμπλου τῆς τῶν Χριστιανῶν μεγαλοφυίας ἐκπεπτωκυῖα, τὸ οἴεσθαι τὸν μέγαν, καὶ ὑψίστον, καὶ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα τε καὶ νόημα θεόν, τὸν μόνῃ τῇ τοῦ βουλήματος δυνάμει τὸ πᾶν διακρατοῦντα καὶ εἰς γένεσιν ἄγοντα, καὶ ἐν τῷ εἶναι διατηροῦντα, τοῦτον ὡς τινα γραμματιστὴν τὰς τοιάσδε τῶν ὀνομάτων θέσεις διαλεπτοτρογούντα καθῆσθαι. Ἄλλ' ὥσπερ τοῖς κωφοῖς διασηματιζόμενοι καὶ χειρονομοῦντες τὸ πρακτέον ὑποσημαίνομεν, οὐχὶ τῷ μὴ ἔχειν ἴδιαν αὐτοῦ φωνήν, ὅταν τοῦτο ποιῶμεν, ἀλλὰ τῷ παντάπασιν ἀχρηστον εἶναι τοῖς οὐκ ἀκούουσι τὴν διὰ τῶν ῥημάτων ὑφήγησιν· οὕτω καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως κωφεοῦσης τρόπον τινὰ καὶ οὐδὲν D τῶν ὑψηλῶν ἐπαίουσης, τὴν τοῦ θεοῦ χάριν φαμὲν πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως ἐν τοῖς προφήταις λαλοῦσαν, κατὰ τὸ ἡμῖν εὐσύνοπτόν τε καὶ σύνθετον τὰς τῶν ἁγίων προφητῶν διασηματιζούσαν γλώσσης, διὰ τούτων ἡμᾶς εἰς τὴν τῶν ὑψηλῶν χειραγωγεῖν κατανόησιν, οὐ κατὰ τὴν ἰδίαν μεγαλοφυίαν ποιουμένην τὴν διδασκαλίαν. Πῶς γὰρ ἂν ἐν τῷ μικρῷ χωρηθεῖ τὸ μέγα; Ἄλλὰ τῇ βραχύτητι τῆς ἡμετέρας συγκατιούσαν δυνάμεως. Καὶ ὥσπερ τὴν κινήτικὴν τῷ ζῳῷ δύναμιν δοῦς ὁ θεός, οὐκέτι δημιουργεῖ καὶ τὰ καθ' ἕκαστον διαθήματα· ἅπαξ γὰρ τὴν ἀρχὴν λαβοῦσα παρὰ τοῦ πεποιηκότος ἡ φύσις ἑαυτὴν κινεῖ τε καὶ διεξάγει, πρὸς τὸ ἕκαστῳ τε δοκοῦν ἐνεργοῦσα τὴν

²⁶ Act. 11, 8, ²⁷ Levit. 11, 5 sqq. ²⁸ Hebr. 1, 1.

κίνησιν (πλὴν παρὰ Κυρίου λέγεται τὰ διαβήματα τῷ ἄνδρϊ κατευθύνεσθαι), οὕτως καὶ τὸ δύνασθαι λαλεῖν τε καὶ φθέγγεσθαι καὶ τὸ διὰ φωνῆς ἐξαγγέλλειν τὸ βούλημα παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβοῦντα, ὁδῷ πορεύεται διὰ τῶν πραγμάτων ἢ φύσις σημεῖά τινα τοῖς οὖσι διὰ τῆς ποιᾶς τῶν φθόγγων διαφορᾶς ἐπιβάλλουσα. Καὶ ταῦτά ἐστι τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα ῥήματα τε καὶ ὀνόματα οἷς τὴν δύναμιν τῶν πραγμάτων διασημαίνομεν. Κἂν λέγεται παρὰ τοῦ Μωϋσέως πρὸ τῆς τῶν καρπῶν γενέσεως ὁ καρπὸς, καὶ πρὸ τῶν σπερμάτων τὰ σπέρματα, οὐκ ἐλέγχει τὸν ἡμέτερον λόγον, οὐδὲ μάχεται τοῖς περὶ τῆς ἐπινοίας εἰρημένοις ἢ τοῦ νομοθέτου διάνοια. Ὁ γὰρ ἡμεῖς πέρας ὀνομάζομεν τῆς παρελθούσης γεωργίας καρπὸν λέγοντες, ἀρχὴν δὲ τῆς μελλούσης σπέρμα προσαγορεύοντες, τοῦτο τὸ πρᾶγμα τὸ τοῖς ὀνόμασιν ὑποκαίμενον, εἴτε σίτον, εἴτε τι ἄλλο τῶν διὰ σπορᾶς πληθυνόντων, διδάσκει μὴ αὐτομάτως γενέσθαι, ἀλλ' ἐν θελήματι τοῦ πεποιηκότος μετὰ τῆς δυνάμεως ταύτης ἀναφυῆναι ὥστε τὸν αὐτὸν τε γίνεσθαι καρπὸν, ἑαυτὸν τε πάλιν ἄγειν σπέρμα γινόμενον, καὶ τῷ περιτεύοντι τρέφειν τὸν ἄνθρωπον, φύεται δὲ κατὰ τὸ θεῖον βούλημα πρᾶγμα οὐκ ὄνομα. Ὅστε τὸ μὲν καθ' ὑπόστασιν ἔν πρᾶγμα τῆς τοῦ πεποιηκότος δυνάμεως ἔργον εἶναι, τὰς δὲ γνωριστικὰς τῶν ὄντων φωνὰς, δι' ὧν τὰ καθ' ἕκαστον πρὸς ἀκριβῆ τε καὶ ἀσύγχυτον διδασκαλίαν ἐπισημαίνονται ὁ λόγος, ταῦτα τῆς λογικῆς δυνάμεως ἔργα τε καὶ εὐρήματα· αὕτην δὲ ταύτην τὴν λογικὴν δύναμιν τε καὶ φύσιν, ἔργον Θεοῦ. Καὶ ἐπειδὴ τὸ λογικὸν ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις, ἀναγκαίως κατὰ τὰς τῶν ἔθνῶν διαφορὰς, καὶ αἱ τῶν ὀνομάτων διαφοραὶ θεωροῦνται. Εἰ δὲ τις ἀνθρωπικῶς τὸ φῶς, ἢ τὸν οὐρανόν, ἢ τὴν γῆν, ἢ τὰ σπέρματα παρὰ τοῦ Θεοῦ προσειρησθαι λέγοι, πάντως ὅτι κατὰ μίαν τινὰ γλώσσης ιδιότητα γεγενῆσθαι κατασκευάσει τὸν λόγον. Τίς οὖν αὕτη, δεῖξάτω. Τὸν γὰρ ἐκεῖνο γινώσκοντα, καὶ τοῦτο μὴ ἀγνοεῖν πάντως οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος ἐστὶ. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ μετὰ τὴν τοῦ Πνεύματος δύναμιν, καὶ πάλιν ἐν ἀκοαῖς τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐν τῇ μεταμορφώσει, φωνὴ γίνεται ἄκωθεν διδάσκουσα τοὺς ἀνθρώπους, καὶ σχῆμά τι μὴ τὸ φαινόμενον ὀεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀγαπητὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ πιστεῦειν εἶναι ἀληθῆ. Τοιαύτη φωνὴ πρὸς τὴν τῶν ἀκουόντων σύνεσιν ἐν τῷ ἀερίῳ σώματι παρὰ τοῦ Θεοῦ διετυπώθη κατὰ τὴν ἐπικρατούσαν τῶν φθεγγομένων συνήθειαν γενομένη. Οὕτω τοῦ Θεοῦ, τοῦ πάντας θέλοντος σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἔλθειν, πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς σωτηρίας τῶν ἀκουόντων ἐν τῷ ἀερί τὸν λόγον ἀρθρώσαντος, καθὼς φησι καὶ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ὁ Κύριος τοὺς οἰόμενους βροντῆν γεγονέναι, διὰ τὸ ἐν ἀερί συστῆναι τὸν ἦχον, ὅτι οὐ δι' ἐμέ ἢ φωνὴ αὕτη γέγονεν, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς. Πρὸ δὲ τῆς τοῦ παντός συστάσεως οὐδενὸς ὄντος τοῦ ὑποδεχομένου τὸν λόγον, ἢ σωματώδους στοιχείου τινὸς τοῦ τυπῶσαι τὴν ἔναρθρον δυναμένου φωνῆν, ὃ λέγων ῥήμασι τὸν Θεὸν κερῆσθαι, πῶς ἀποδώσει τὸ εἶδος τῷ λόγῳ; Αὐτὸς ἀσώματος, ἢ κτί-

A gressus efficit, semel enim principium ab eo qui fecit adepta natura seipsam movet et deducit, ad quodcumque libitum est motum efficiens (nisi forte gressus hominis a Domino dirigi dicantur), sic loqui posse, et sonos edere ac per vocem voluntatem enuntiare a Deo cum accepit, viam pergit natura per res signa quædam rebus certa quadam sonorum differentia imponens. Et hæc sunt quæ a nobis dicuntur verba et nomina quibus rerum vim significamus. Et licet a Mose ante fructuum generationem dicitur fructus, et ante seminum ortum semina, non tamen hoc nostrum refellit sermonem, neque his quæ dicta sunt de commentatione repugnat legislatoris sententia. Quod enim nos terminum agriculturæ præteritæ fructum nominamus, principium vero futuræ semen appellamus, hanc rem quæ nominibus subjicitur, sive frumentum, sive aliquid eorum quæ per sationem multiplicantur, docet non casu et fortuito gigni, sed ejus qui fecit voluntate cum hæc vi productum esse: ita ut idem fructus nascatur, seipsumque rursus producat, cum sit semen, et eo quod exsuperat hominem alat; divina autem voluntate res non nomen nascitur. Quare res quidem quæ substat conditoris opus est virtutis, voces vero quæ res ipsas notificant, per quas singula ad exactam et inconfusam doctrinam sermo designat, hæc sunt logicæ facultatis opera et inventa. Hæc autem ipsa disserendi et ratiocinandi facultas et natura Dei est opus. Et quoniam omnibus hominibus ratiocinandi facultas inest, necessario secundum gentium varietates, etiam nominum differentię spectantur. Quod si quis humanitus lucem, vel cælum, vel terram, vel semina a Deo appellata fuisse asserat, procul dubio secundum unam aliquam linguæ proprietatem factum esse sermonem astruet. Quænam igitur hæc, demonstrat. Eum enim qui illud cognoscit, et hoc non ignorare plane est verisimile. Etenim in Jordane post Spiritus potentiam, et rursus in auribus Judæorum, atque in transfiguratione vox fit desuper docens homines ne quod apparebat figuram esse simplicem existimarent, sed etiam dilectum Filium Dei verum esse crederent³⁹. Hujusmodi vox ad audientium intelligentiam in D aereo corpore a Deo formata est, secundum invalescentem loquentium consuetudinem facta. Sic etiam cum Deus, qui omnes vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire⁴⁰, ad scopum salutis audientium in aere sermonem articulasset, quem admodum ait ad Judæos Dominus tonitru esse factum putantes, quia in aere sonus steterat, quia, Non propter me hæc vox facta est, sed propter vos⁴¹. Ante vero universi constitutionem cum nullus esset qui sermonem susciperet, vel corporeum elementum quod posset vocem articulatam exprimere, qui dicit Deum verbis usum fuisse, quomodo quæd

³⁹ Matth. III, 17; Marc. I, 9; Luc. IX, 5. ⁴⁰ I Timoth. III, 4. ⁴¹ Joan. XII, 29.

rationi consentaneum est sermoni suo reddet? ipse incorporeus est, creatura non erat, nihil circa ipsum materiale ratio permittit intelligere, nondum qui per auditum adjuvarentur ulli erant, hominibus autem non existentibus, neque ullus loquendi modus secundum gentis alicujus proprietatem effectus erat prorsus. Qui igitur ad exilem et nudam litteram spectat, quibus rationibus hunc fulcit, ac si Deus hæc verba et sensa loqueretur?

Quinetiam ex his cognoscere licet vanitatem eorum qui talia loquuntur. Quemadmodum enim elementorum naturæ, quæ sunt opus ejus qui fecit, omnibus eodem modo apparent, nullaque secundum sensum hominibus est differentia in ignis, vel aeris, vel aquæ participatione, sed una est et immobilis in omnibus natura, eodem modo operans, et in nulla re propter eorum qui participant differentias immutata: sic et nominum positio, si quidem a Deo esset rebus applicata, omnibus esset eadem. Nunc autem rerum natura, utpote a Deo fixa, manet immobilis; voces autem horum significativæ ad tot linguarum differentias divisæ sunt, ut neque multitudinem numerare facile sit. Quod si quis confusionem quæ in exstructione turris accidit ut dictis contrariam profert, neque illic linguas hominum facere Deus dicitur, sed quæ erat eam confundere, ut non omnes unam omnium audirent⁴⁵. Quandiu enim erat eadem vita, et nondum in multas gentium differentias dispertiti fuerunt, una voce eodemque sermone utens simul vivebat omnium hominum plenitudo; postquam vero divina voluntate oportuit omnem ab hominibus terram habitari, tunc divulsi secundum vocis communionem alii alio dispersi fuerunt, et cum alio et alio verborum et vocis caractere conjuncti et accommodati fuerunt, conciliatricem quamdam mutæ concordie sermonis consonantiam sortiti, in rerum quidem cognitione non discordantes, sed in nominum forma differentes. Non enim quid aliud apud alios lapis, vel lignum videtur, sed apud singulos materiæ nomina differunt. Quare sermo nobis fixus manet, qui voces humanas nostræ mentis sive intelligentiæ inventa esse definit. Neque enim a principio quandiu consonum sibi ipsi humanum genus universum fuit, verborum Dei aliquam doctrinam factam esse hominibus ex Scriptura didicimus; neque postquam in varias linguarum differentias dispertiti fuerunt homines, quomodo quisque loqueretur divina lex præstituit, sed volens Deus homines diversis uti linguis, naturam dimisit, ut pergeret pro arbitrio apud singulos sonum articulare ad explanationem hominum. Itaque Moses, multis sæculis post turris ædificationem natus, una ex posterioribus lingua usus est, historice nobis mundi creationem exponens, atque aliquas voces Deo applicat, sua ipsius voce in qua institutus fuit et assuetus hæc enarrans,

σικς οὐκ ἦν, οὐδὲν περὶ αὐτὸν ὑλῶδες ὁ λόγος ἐννοεῖν δίδωσιν, οἱ ὠφελιθέντες ἂν διὰ τῆς ἀκοῆς, οὕτω συνέστησαν, ἀνθρώπων δὲ μὴ ὄντων, οὐδὲ διαλέκτου τρόπος κατὰ τινα ἔθνων ἰδιότητα τετύπωτο πάντως. Ὅ τοίνυν πρὸς τὸ γράμμα ψιλὸν βλέπων, τίσις λογισμοῖς τῇ τοιαύτῃ διανοίᾳ παρίσταται ὡς τοῦ Θεοῦ ταῦτα φθειρομένου τὰ ῥήματά τε καὶ τὰ νοήματα;

Καίτοι καὶ διὰ τούτων γνώη τις ἂν τὸ μέτασον τῶν τὰ τοιαῦτα λεγόντων. Ὅσπερ γὰρ αἱ τῶν στοιχείων φύσεις ἔργον οὐσαι τοῦ πεποιηκότος, πᾶσιν ὡσαύτως φαίνονται, καὶ οὐδέμια κατὰ τὴν αἰσθησιν τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ διαφορά ἐν τῇ τοῦ πύρρος, ἢ τοῦ ἀέρος, ἢ τοῦ ὕδατος μετουσίᾳ, ἀλλὰ μία ἐστὶ καὶ ἀκίνητος ἐπὶ πάντων ἡ φύσις, ὡσαύτως ἐνεργούσα καὶ οὐδὲν πρὸς τὰς διαφορὰς τῶν μετεχόντων ἀλλοιουμένη· οὕτως καὶ ἡ τῶν ὀνομάτων θέσις, εἴπερ ἦν ἐκ τοῦ Θεοῦ τοῖς πράγμασιν ἐφηρμοσμένη, πᾶσιν ἂν ἡ αὐτὴ ἦν. Νυκὶ δὲ τὸν τῶν πραγμάτων ἡ φύσις ἔτε δὴ παρὰ τοῦ Θεοῦ πεπηγυῖα, μένει ἀκίνητος, αἱ δὲ σημαντικαὶ τούτων φωναὶ πρὸς τοσαύτας γλωσσῶν διαφορὰς διεσχίσθησαν, ὡς μὴδὲ ἀρεθμῆσασθαι τὸ πλήθος εὐκόλον εἶναι. Εἰ δὲ τις τὴν ἐπὶ τῆς πυργοποιίας σύγχυσιν, ὡς ἐναντιουμένην τοῖς εἰρημένους προφέρει, οὐδὲ ἐκεῖ ποιεῖν λέγεται γλώσσας ὁ Θεὸς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ συγχεῖν τὴν οὖσαν ὡς ἂν μὴ πάντες πάντων ἀκούοιεν. Ἔως γὰρ ἦν πᾶσι κατ' αὐτὸν ἡ ζωὴ, καὶ οὕτω πρὸς πολλὰς ἔθνων διαφορὰς ἐμερίσθησαν, μᾶ συνέζων φωνῇ πάντων ἀνθρώπων τὸ πλήρωμα· ἐπει δὲ κατὰ θεῖαν βούλησιν ἔβη πᾶσαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων κατοικηθῆναι τὴν γῆν, τότε διασπασθέντες κατὰ τὴν τῆς φωνῆς κοινωνίαν ἄλλος ἀλλαγῇ διεσπάρησαν, καὶ πρὸς ἄλλον καὶ ἄλλον χαρακτῆρα ῥημάτων καὶ φωνῆς μεθρημόσθησαν συνθετικὴν τινα τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμοιοῦσας τὴν ὁμοφωνίαν λαχόντες, πρὸς μὲν τὴν τῶν πραγμάτων οὐ διαφοροῦντες γνώσιν, πρὸς δὲ τὸν τῶν ὀνομάτων τύπον διαφοροῦμενοι. Οὐ γὰρ ἄλλο τι παρ' ἄλλοις ὁ λίθος, ἢ τὸ ξύλον δοκεῖ, διάφορα δὲ παρ' ἑκάστοις τὰ τῆς ὕλης ὀνόματα. Ὅστε μένει πάγιος ἡμῖν ὁ λόγος, ὁ τὰς ἀνθρωπίνους φωνὰς τῆς ἡμετέρας διανοίας εὐρήματα εἶναι διοριζόμενος. Οὔτε γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἕως ὁμοφώνων ἔπαν ἦν ἐαυτῷ τὸ ἀνθρώπινον, Θεοῦ ῥημάτων τινὰ διδασκαλίαν γεγενῆσθαι τοῖς ἀνθρώποις παρὰ τῆς Γραφῆς μαμαθήκαμεν· οὔτε εἰς ποικίλας γλωσσῶν διαφορὰς διατηθέντων, ὅπως ἂν ἕκαστος φθεγοίτο θεὸς ἐπεστάτησε νόμος, ἀλλὰ θελήσας ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους ἐν ἄλλαις γενέσθαι γλώσσαις, ἀφῆκεν ὁδῷ τὴν φύσιν πορεύεσθαι, κατὰ τὸ ἀρέσκον διαρθρούσαν παρ' ἑκάστοις τὸν ἦγον πρὸς τὴν τῶν ὀνομάτων σαφήνειαν. Ὅ τοίνυν Μωϋσῆς, πολλαῖς ὑστερον γενεαῖς τῆς πυργοποιίας γενόμενος, μᾶ τῶν μετὰ ταῦτα κέχρηται γλώσση, ἱστορικῶς τὴν κοσμογενίαν ἡμῖν διηγούμενος, καὶ τινὰς τῷ Θεῷ προσάπτει φωνὰς, τῇ ἐαυτοῦ γλώσση καθ' ἣν πεπαιδευτό τε καὶ συνείθεστο ταῦτα διεξιών, καὶ οὐκ ἀλλόστων τὰς τοῦ

⁴⁵ Gen. xi, 4, sqq.

Θεοῦ φωνὰς ἀλλοιοτρόπων τινῶν καὶ ἐκινῶνται φωνῆς ἅ
 χαρακτηρῶν, ὥστε διὰ τοῦ ξένου τῆς συνθέσεως καὶ
 παρηλλαγμένου τῶν ὀνομάτων, αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ εἶναι
 τὰς φωνὰς κατασκευάζειν, ἀλλὰ τῇ συνθέσει χρώ-
 μενος γλώσση, ὁμοίως τὰ τε αὐτοῦ καὶ τὰ τοῦ
 Θεοῦ διεξέρχεται. Φασὶ δὲ τινες τῶν ἐπιμελέστερον
 ταῖς Γραφαῖς ἐπιχολουθηκότων μηδὲ ἀρχαίσειν τὴν
 Ἑβραίων φωνὴν καθ' ὁμοίωτα τῶν λοιπῶν, ἀλλὰ
 μετὰ τῶν ἄλλων θαυμάτων, καὶ τοῦτο τοῖς Ἰσραη-
 λίταις θαυματοποιηθῆναι, τὸ τὴν γλῶσσαν ταύτην
 ἀθρόω; μετὰ τὴν Αἴγυπτον σχεδιασθῆναι τῷ ἔθνει.
 Καὶ τίς ἐστι τοῦ Προφήτου λόγος τὸ τοιοῦτον πιστού-
 μενος; Ἐν γὰρ τῷ ἐξελθεῖν αὐτὸν, φησὶν, ἐκ γῆς
 Αἰγύπτου, τότε γλῶσσαν ἦν οὐκ ἔγνω ἤκουσαν.
 Εἰ οὖν Ἑβραῖος Μωϋσῆς, τελευταία δὲ τῶν ἄλλων ἡ
 τῶν Ἑβραίων φωνή, ὁ μετὰ τὴν τοῦ κόσμου σύ-
 στασιν ὑστερον γεγωνῶς, καὶ τῇ κατ' αὐτὸν φωνῇ
 τὰς τοῦ Θεοῦ διηγούμενος ῥήσεις, ἀρ' οὐχὶ σαφῶς
 διδάσκει τὸ μὴ τοιαύτην φωνὴν τὴν κατὰ ἄνθρωπον
 σχηματιζομένην ἀναγράφειν ἐπὶ Θεοῦ, ἀλλὰ ταῦτα
 μὲν λέγειν διὰ τὸ μηδὲ δυνατόν εἶναι τὴν νοηθῆναι
 ἐτέρως εἰπεῖν ἢ ἀνθρωπίναις φωναῖς· σημαίνειν δὲ
 διὰ τῶν λεγομένων θεοπροπητῶν τινα καὶ μεγαλοφυ-
 στέραν διάνοιαν; Τὸ γὰρ οὐκ εἶναι τῇ Ἑβραϊκῇ γλώσση
 τὸν Θεὸν κεχρησθαι, μηδεὶς ὄντος τοῦ τοιαύτης
 γωνῆς ἐπαίοντος, οὐκ οἶδα πῶς ὁ λελογισμένος συν-
 θήσεται. Ἐν ταῖς Πράξεσι μεμαθήκαμεν διὰ τοῦτο
 τὴν θέαν δύναμιν εἰς πολλὰς διεσχίσθαι φωνὰς, ὡς
 ἂν μηδεὶς τῶν ἑτερογλώσσων ἀποστεροῖτο τῆς ὠφε-
 λείας. Ὁ δὲ Θεὸς πρὸς τῆς κτίσεως ἀνθρωπικῶς διε-
 λέγει, τίνα ὠφελεῖν μέλλων ἐκ τῆς τοιαύτης φωνῆς;
 τὸ μὲν γὰρ συνδιατιθεσθαι τῇ τῶν ἀκούοντων δυνά-
 μει τὸν λόγον πρὸς τὸν τῆς ὠφελείας σκοπὸν, οὐδὲ
 ἂν τις ἀνάξιον τῆς θέας εἶναι φιλανθρωπίας ὑποτο-
 πῆσειεν, ἐπεὶ καὶ Παῦλος ὁ μιμητὴς τοῦ Κυρίου πρὸς
 τὰς τῶν ἀκούοντων ἑξεις, οἶδεν ἀρμοδίως τὸν λόγον
 μεταχειρίζεσθαι· γὰρ τοῖς νηπιῶσι γινόμενος, καὶ
 στερεὰ τοῖς τελείοις τροφή. Τὸ μηδεὶς κατορθου-
 μένου σκοποῦ διὰ τῆς τοῦ λόγου τοιαύτης χρήσεως,
 ἔπειτα κατασκευάζειν τοιαῦτα ῥήματα τὸν Θεὸν
 ἐφ' αὐτοῦ ῥαψοδεῖν, οὐκ ὄντος τοῦ δεομένου τῆς διὰ
 τῶν τοιούτων φωνῶν σημασίας, οὐκ οἶδα πῶς ἐστὶ
 μὴ καταγέλαστον ἅμα καὶ βλάσφημον τὸ τοιοῦτον
 οἰεσθαι. Οὐτε οὖν Ἑβραῖα τοῦ Θεοῦ ἡ φωνή, οὔτε
 καθ' ἑκάτερόν τινα τύπον τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι νενομι-
 σμένων προφερομένη, ἀλλ' ὅσοι τοῦ Θεοῦ λόγοι παρὰ
 τοῦ Μωϋσῆως, ἢ τῶν προφητῶν ἀνεγράφησαν, ἐν-
 δείξεις εἰσὶ τοῦ θείου θαλήματος, ἄλλως καὶ ἄλλως
 κατὰ τὴν ἀξίαν τῶν μετεχόντων τῆς χάριτος τῷ κα-
 θαρῶ τε καὶ ἡγεμονικῶ τῶν ἁγίων ἐλλάμπουσαι.
 Οὐκ οὖν ἐφθέγγετο μὲν ὁ Μωϋσῆς ὡς ἐπεφύκει τε
 καὶ πεπαίδευτο· προσετίθει δὲ τῷ Θεῷ τὰς φωνὰς
 ταύτας, καθὼς εἴρηται πολλάκις, διὰ τὸ νηπιῶδες
 τῶν ἀρτι τῇ θεογνωσίᾳ προσαγομένων, πρὸς ἐναργῆ
 τε παράστασιν τοῦ θείου βουλήματος, καὶ ὡς ἂν
 εὐπειθετέτους ἀπεργάσαιτο τοὺς ἀκούοντας τῇ ἀξιο-
 πιστίᾳ τοῦ εἰρηκότος δυσωπουμένους.

nec Dei voces immutans alio quodam et peregrino
 vocis caractere, ita ut peregrinis et inusitatis
 nominibus ipsius Dei voces esse præstruat, sed
 familiari utens lingua, similiter et quæ sua sunt
 et quæ ipsius Dei enarrat. Quidam autem qui
 exactiorem Scripturarum cognitionem sunt asse-
 cuti asserunt linguam Hebraicam non ita vetusta-
 tem redolere sicut reliquæ, sed cum aliis miraculis
 et hoc Israelitis miraculose accidisse, nempe lin-
 guam hanc confertim simul post egressionem ex
 Ægypto genti extemporalem factam fuisse. Et
 nescio quis Prophetæ sermo tale quid confirmat;
 nam, *Dum ex Ægypto ipse egrederetur, tunc, ia-*
quit, linguam quam non noverat audivit 12. Si
 igitur Moses Hebræus, aliis autem posterior est
 Hebræorum lingua, qui longe post mundi consti-
 tutionem natus est, et qui propria lingua Dei
 locutiones enarrat, an non clare docet, hanc talem
 vocem ad humanum modum figuratam Deo non
 ascribere, sed hæc quidem dicere, quia fieri non
 possit ut quod cogitatum est aliter quam vocibus
 humanis exprimatur; per ea autem quæ dicuntur
 Deo decoram et magnificam quamdam intelligen-
 tiam significare? Siquidem putare Deum lingua
 Hebraica usum fuisse, cum nullus esset qui talem
 vocem audiret, nescio quomodo qui recta ratione
 usus fuerit assentietur. In Actis apostolorum di-
 dicimus, Idcirco vim divinam in multas linguas
 divisam fuisse, ut nullus eorum qui diversis linguis
 uterentur utilitate privaretur. Deus autem ante
 creationem humano more disserebat, quemnam
 hac tali voce adjuturus? sermonem enim affectio-
 nem quamdam habere cum audientium facultate
 ad utilitatis scopum, nullus divina benevolentia
 erga genus humanum esse indignum suspicatus
 fuerit, quoniam Paulus Domini imitator ad au-
 dientium habitus novit convenienter et accommo-
 date sermonem administrare, lac quidem parvulis
 factus, adultis vero et perfectis cibus solidus 13.
 Quod si cum nullus dirigatur scopus per talem
 sermonis usum, quis astruat Deum in seipso certa
 quædam verba consuere, si non est qui egeat
 significatione quæ sit per ejusmodi voces, haud
 scio quomodo non hoc liceat ridiculum simul et
 impium convitium putare. Neque igitur Hebræa
 Dei vox, neque secundum aliam formam eorum
 quæ in gentibus usu recepta sunt, proferebatur,
 sed quicumque Dei sermones a Mose vel prophetis
 descripti sunt, divinæ voluntatis sunt indicationes,
 aliter atque aliter pro ratione eorum qui gratiæ
 sunt participes, sanctorum puro et rationis tenenti
 principatum intellectui illucescentes. Ergo loque-
 batur Moses sicut natus erat et eruditus; Deo
 autem attribuebat has voces, ut dictum est sæpius.
 propter puerilem imbecillitatem eorum qui ad Dei
 cognitionem adducebantur, et ad evidentem et
 claram divinæ voluntatis expressionem, et ut obo-

12 Psal. lxxx, 6. 13 Hebr. v, 12.

dientiores et ad parendum faciliores efficeret auditores, veritos auctoritatem et dignitatem ejus qui ipsos esset allocutus.

Sed negat Eunomius, qui talia in nos convitia A profert, qui illicitæ et nefariæ consuetudinis est hæres et patronus; conversa enim contumelia in ipsius ignominiam propriis eum verbis excipiam. Sed ipsum sibi Mosem testimonio suo patrocinari confirmat, quod videlicet a Deo qui naturam condidit, et eorum quæ nominantur et nominum usus hominibus datus est, et quod eorum quæ data sunt appellatio utentium generatione est superior, sic omnia ad verbum locutus, siquidem proprium nactus est aliquem Mosem, a quo hæc erudita docetur, atque illinc incitatus talibus confidit sermonibus, quod Deus lege sancit, sicut hic ipse dicit, hominum dictiones, sic jubens et aliter prohibens rebus voces imponi utatur pro suo arbitratu nugis, adiutorem habens sermonis occultum istum Mosem. B Quod si solus est Moses, cujus Scriptura eommunis est disciplina his qui divinum sermonem docti sint, condemnationem accipiemus, si a Mosis lege redarguimur. Ubinam ergo de verbis et nominibus legem invenit? In ejus scriptis proponitur mundi creatio, et deinceps hominum generationum recensio, et quarumdam rerum historia, et varia legislatio, deque his quæ ad verum Dei cultum pertinent, et quæ in vitæ ratione sunt observanda, hæc sunt Mosis Scripturæ præcipua capita. Quod si hic autumat esse aliquam verborum legislationem, ostendat legem, et ego tacebo. Sed non posset dicere; non enim clarioribus omissis confirmationibus illa persequeretur quibus ridiculus magis quam probabilis videretur his qui mente sunt præditi et sapiunt. Nam hoc putare esse pietatis caput, nempe verborum inventionem Deo attribuere, cui parvus ad celebrationem totus mundus, et quæ in ipso sunt miracula, quomodo non extremæ est fatuitatis, magnis omissis ex humanis Deum magnificare? C Jussum creationem præcessit, dictum quidem a Mose humano more, Deo vero convenienter et decore factum. Eorum igitur quæ divina potentia sunt constituta voluntas est effectrix; hanc verborum doctrinam arcuratus et diligens Scripturarum cognitor pronuntiat. Et perinde ac si Deus dixisset, Fiat verbum, vel sermo constituitur, vel hoc talem quamdam sortiatur appellationem, sic ad patrocinium suarum nugarum proponit motionem illam quæ est in divina voluntate rerum conditricem, præ multa attentione Scripturarum et experientia, neque hoc sciens, quod intellectus impulsio vox sæpe a Scriptura sancta nominetur. Atque hujus testis Moses ipse, quem passim detorquens in hac parte ignoravit. Quis enim vel tantillum in ejus librorum lectione versatus ignorat, quod populus Israeliticus, qui nuper ex Ægypto fugerat, Ægyptiorum incursum confertim in deserto vehementer extimuit? Cum autem undique gravia ipsis pericula objicerentur, illinc mari transitum obvallante, a tergo hostibus fugam impredientibus, prophetam

'Αλλ' οὐ φησιν ὁ Εὐνόμιος, ὁ τοιαύτας καθ' ἡμῶν τὰς λοιδορίας προφέρων, ὁ τῆς ἐκθέσεως συνθηλας κληρονόμος τε καὶ συνήγορος· ὑπαλλάξας γὰρ τὴν ὕβριν εἰς ἀτιμίαν τοῖς ἰδίοις αὐτὸν δεξιώσομαι. 'Αλλ' αὐτὸν αὐτῷ μαρτυρεῖν τὸν Μωϋσέα διίσχυρίζεται, παρὰ τοῦ δημιουργήσαντος, τὴν φύσιν δεδωρῆσθαι τοῖς ἀνθρώποις τῶν τε ὀνομαζομένων καὶ τῶν ὀνομάτων τὴν χρῆσιν, καὶ τὴν γε τῶν δεδομένων κλήσιν ἀνωτέραν εἶναι τῆς τῶν χρωμένων γενέσεως, οὕτως πάντα κατὰ λέξιν εἰπὼν· εἰ μὲν οὖν ἴδιον κέκτηται τινα Μωϋσέα παρ' οὗ τὰ σοφὰ ταῦτα διδάσκεται, κάκειθεν ὀρμώμενος τοῖς τοιοῦτοις ἐπιθαρσεῖ τῶν λόγων, ὅτι Θεὸς διαθεσμοθετεῖ, καθὼς οὗτος αὐτὸς φησι, τῶν ἀνθρώπων τὰς ῥήσεις, οὕτως τε κελεύων, καὶ ἐτέρως ἀπαγορεύων τὰς ἐπὶ τῶν πραγμάτων κείσθαι φωνάς, κεχρησθῶ πρὸς τὸ δοκοῦν τοῖς λήροις, σύμμαχον ἔχων τοῦ λόγου τὸν κρυπτόν Μωϋσέα. Εἰ δὲ μόνον ἐστὶ Μωϋσῆς οὗ ἡ Γραφή κοινὸν μάθημα τοῖς τὸν θεῖον λόγον παιδευομένοις ἐστὶ, δεξιόμεθα τὴν κατάγνωσιν, εἰ ὑπὸ τῶν τοῦ Μωϋσέως ἐλεγγόμεθα νόμων. Ποῦ τοίνυν τὸν περὶ ῥημάτων τε καὶ ὀνομάτων εὐρατο νόμον; 'Επ' αὐτῶν ἐκθέσθαι τῶν γεγραμμένων, κοσμογένεια καὶ τῶν καθεστῆς ἀνθρώπων γενεαλογία, καὶ πραγμάτων τινῶν ἱστορία, καὶ ἡ ποικίλη νομοθεσία, περὶ τε τῶν κατὰ τὴν λατρείαν, καὶ τῶν κατὰ τὸν βίον παρατηρημάτων. Ταῦτα τῆς Μωϋσέως Γραφῆς τὰ κεφάλαια. Εἰ δὲ φησιν οὗτος εἶναι τινα ῥημάτων νομοθεσίαν, δεξιάτω τὸν νόμον, κἀγὼ σωπήσομαι. 'Αλλ' οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχοι· οὐ γὰρ ἂν τῶν ἐναργεστέρων ἀφέμενος ἀποδείξω, ἐκεῖνα διεξῆμι δι' ὧν καταγέλαστος μᾶλλον, ἢ πιθανὸς ἐδόκει τοῖς γε νοῦν ἔχουσι. Τὸ γὰρ οἴεσθαι τοῦτο εἶναι τῆς εὐσεβείας κεφάλαιον, τὸ, ῥημάτων εὐρεσιν προσμαρτυρεῖν τῷ Θεῷ, ὃ μικρὸς εἰς εὐφημίαν ὅλος ὁ κόσμος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ θαύματα, πῶς οὐ τῆς ἐσχάτης εὐθείας ἐστὶ, τῶν μεγάλων ἀφέμενον ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων σεμνύνειν τὸ θεῖον; Πρόσταγμα τῆς κτίσεως καθηγῆσατο, ῥῆθὲν μὲν παρὰ τοῦ Μωϋσέως ἀνθρωπικῶς, θεοπρεπῶς δὲ γενόμενον. Τὸ τοίνυν ποιητικὸν τῶν θεῶν δύναμις συνεστηκότων θέλημα· τοῦτο ῥημάτων διδασκαλίαν ὁ ἀκριβῆς ἐπίστωρ τῶν Γραφῶν ἀποφαίνεται. Καὶ ὡσπερ εἰπόντος τοῦ Θεοῦ, Γενεθῆτω ῥῆμα, ἡ συστήτω λόγος, ἡ τότε τοιάνδε λαχέτω τὴν κλήσιν, οὕτως εἰς συνηγορίαν προβάλλεται τῶν ἰδίων λήρων τὴν ὑποστατικὴν τῆς κτίσεως ἐν τῷ θεῷ θελήματι κίνησιν, ὑπὸ πολλῆς προσοχῆς τῶν Γραφῶν καὶ ἐμπειρίας οὐδὲ τοῦτο εἰδῶς, ὅτι καὶ ὀρμὴ διανοίας φωνὴ πολλάκις παρὰ τῆς Γραφῆς ὀνομάζεται. Καὶ τούτου μάρτυς Μωϋσῆς αὐτὸς, ὃν πολλὰ περισῶρον κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἠγνόησε. Τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν ὀπωσοῦν καθομιληκότων τῇ βίβλῳ, ὅτι κατεπλήγησαν μὲν ἀθρόως ἐν τῇ ἐρήμῳ τῶν Αἰγυπτίων τὴν ἐφοδὸν ὁ Ἰσραηλιτῆς λαὸς, ἀρτε τὴν Αἰγυπτίων ἀποδράντες; Πανταχόθεν δὲ προσφερομένων αὐτοῖς τῶν δεινῶν, ἐκεῖθεν τῆς θαλάσσης ἀπειχιζούσης τὴν πάροδον, κατόπιν τῶν πολεμίων τῆν φυγὴν κλυδόντων, συστάντες πρὸς τὸν προφῆτην τῆς

ἀμηχανίας ταύτης ἐκείνον ἐπητιῶντο. Τοῦ δὲ παρα-
 μιθουμένου τοὺς κατεπιτήχοντας τῷ φόβῳ, καὶ εἰς προ-
 θυμίαν παρήθρασούντος, γίνεται θεοθεν φωνὴ ὄνο-
 μασι τὸν προφήτην προσκαλουμένη. *Τὶ βοᾷς πρὸς
 μέ;* Καίτοι γε πρὸ τῶν εἰρημένων οὐδεμιᾶς ὁ λόγος
 ἐπιμένεται Μωϋσέως φωνῆς, ἀλλ' ἡ πρὸς τὸν θεὸν
 τοῦ προσήτου διάνοια, φωνὴ τις ὀνομάσθη κατὰ τὸ
 σιωπώμενον ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς καρδίας νοήματι
 βωμένη. Εἰ δὴ Μωϋσῆς βοᾷ μὴ φθεγγόμενος ὑπὸ
 μάρτυρι τῶν τῶν ἀλαλήτων στεναγμῶν ἐπαύοντι, τί
 καινὸν, εἰ καὶ τὸ θεῖον βούλημα γνοῦς ὁ προφήτης
 ὡς δυνατὸν ἦν εἰπεῖν τε αὐτῷ καὶ ἡμῖν ἀκοῦσαι, διὰ
 τῶν γνωρίμων ἡμῖν καὶ συνήθων ἐφανέρωσε λόγων,
 διὰλογον θεοῦ σωματικώτερον διαγράφων, οὐ βήμασι
 γινόμενον, ἀλλὰ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐκφωνοῦμε-
 νον; *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησε, φησὶν, ὁ θεὸς οὐ τὸ ὄνομα
 τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ τὸν οὐρανὸν καὶ
 τὴν γῆν. Καὶ εἶπε, Ἐνηθίτω φῶς, οὐχὶ προσηγορία
 φωτός. Καὶ διακρίνας τὸ φῶς ἀπὸ τοῦ σκότους,
 ἐκάλεσε, φησὶν, ὁ θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ
 σκότος ἐκάλεσε νύκτα.*

Τούτοις εἰκὸς ἐστὶ τοὺς ἐναντιουμένους ἡμῖν ἐπι-
 στηρίζεσθαι. Συστήσομαι γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν τῷ λόγῳ,
 καὶ τὰ παρεθέντα παρ' ἐκείνων ἀνθυποίσω τῇ ἀκο-
 λουθίᾳ τῆς ἐξετάσεως, ὡς ἂν ἰσχυρότερον ἡμῖν βε-
 βαιώθῃ τὸ δόγμα, μηδεμιᾶς ἀντιθέσεως ἀνεξετάστου
 παραλειφθείσης. *Ἐκάλεσε, φησὶν, ὁ θεὸς τὸ στε-
 ρέωμα οὐρανὸν, καὶ τὴν ξηρὰν ἐκάλεσε γῆν· καὶ
 τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα.*
 Πῶς οὖν ἐροῦσι, τῆς Γραφῆς ὁμολογούσης παρὰ τοῦ
 Θεοῦ θεεῖσθαι τούτοις τὰς κλήσεις, ὑμεῖς ἀνθρω-
 πίνης ἐπινοίας εἶναι φατε τὰ ὀνόματα; Τί οὖν πρὸς
 ταῦτα ἡμεῖς; Πάλιν ἐπὶ τὸν ἰδιώτην καταφεύγομεν
 λόγον, καὶ φαμεν ὅτι ὁ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐκ τοῦ μὴ
 ὄντος ἀγαγὼν εἰς οὐσίαν, πραγμάτων ἐστὶ δημιουργ-
 γός, ἐν ὑποστάσει θεωρουμένων, οὐκ ὀνομάτων ἀνυ-
 ποστάτων, ἐν φωνῆς ἤχῳ καὶ ψόφῳ γλύττης συνιστα-
 μένων· τὰ δὲ πράγματα κατὰ τὴν ἐγκειμένην ἐκάστην
 φύσιν καὶ δύναμιν διὰ τίνος σημαντικῆς φωνῆς ὀνο-
 μάσεται, κατὰ τὴν ἐπιχωριάζουσαν ἐν ἐκάστῳ ἔθνει
 συνήθειαν τῆς προσηγορίας τοῖς ὑποκειμένοις ἀρμο-
 ζομένης. Ἄλλ' ἐπειδὴ τὰ πολλὰ τῶν ἐν τῇ κτίσει
 θεωρουμένων, οὐκ ἀπλῆν ἔχει τὴν φύσιν, ὡς βήματι
 δυνατῶς ἔχειν ἐμπεριληφθῆναι τὸ ὑποκείμενον, οἷον
 ἐπὶ τοῦ πυρὸς ἄλλο μὲν ἐστὶ τῇ φύσει τὸ ὑποκείμενον
 πρᾶγμα, ἕτερον δὲ τὸ σημαντικὸν τοῦ πράγματος
 ὄνομα· τὸ μὲν γὰρ ἐστὶν ἐκλαμπτικόν, καὶ καυστικόν,
 ξηρὸν τε καὶ θερμαντικόν, καὶ ἀναλωτικὸν τῆς ὕλης
 ἣς ἂν περιδράξῃται· τὸ δὲ ὄνομα φωνὴ τις βραχεῖα
 διὰ μιᾶς συλλαβῆς ἐκφωνουμένη· τούτου ἐνεκεν ὁ
 διαιρητὴν λόγος τὰς ἐν τῷ πυρὶ θεωρουμένας δυνάμεις
 τε καὶ ποιότητας ἐκάστην ἰδίως κατονομάζει, καθὼς
 φθάσαντες εἴπομεν καὶ οὐκ ἂν τὴν ὄνομα μόνον ἐπι-
 θελῆσθαι τῷ πυρὶ εἶποι, ὅταν τις ἢ φανόν, ἢ
 ἀναλωτικόν, ἢ ἄλλο τι τῶν περὶ αὐτὸ θεωρουμένων
 κατονομάσῃ· τῶν γὰρ ἐν αὐτῷ φυσικῶς ἐγκειμένων
 δυνάμεων, σημαντικὰ εἰσὶν αἱ τοιαῦτα φωναί. Κατὰ

A circumstantes propter illam difficultatem et consilii
 inopiam, illum incusabant. Ipse vero cum attoni-
 tos et metu percussos consolaretur, et ad alacritate
 m animi et fiduciam exhortaretur, a Deo fit vox
 nominatim prophetam appellans: *Quid clamus ad
 me* ⁴⁶? Atqui antea nullius vocis quam Moses protu-
 lisset, Scripturæ sermo mentionem fecit: sed cogi-
 tatio quam propheta ad Deum erexerat, vox
 quædam nominata est, per silentium in abscondio
 cordis sensu clamans. Quod si Moses clamat non
 loquens, eo teste qui gemitus audit inenarrabiles ⁴⁶;
 quid novi, si etiam propheta cum divinam volun-
 tatem novisset, quantum fas ei fuit et ei dicere et
 nobis audire, sermonibus nobis notis et consuetis
 patefecit, dialogum Dei corporalis describens, non
 verbis factum, sed per opera ipsa enuntiatum? *In
 principio, inquit* ⁴⁷, *fecit Deus, non nomen cæli et
 terræ, sed cælum et terram. Et dixit: Fiat lux, non
 appellatio lucis. Et, discernens lucem a tenebris,
 vocavit, inquit, Deus lucem diem, et tenebras no-
 ctem.*

His verisimile est adversarios nostros iniiit.
 Assentiar enim pro ipsis sermoni, et ab illis posita
 postquam examinata fuerint, subinferam, ut vali-
 dius nobis confirmatum sit dogma, nulla oppo-
 sitione indiscussa relicta. *Vocavit, inquit, Deus fir-
 mamentum cælum, et aridam vocavit terram, et
 lucem diem, et tenebras vocavit noctem.* Quomodo
 igitur, dicent, Scriptura confitente a Deo his rebus
 inditas esse appellationes, vos humanæ commen-
 tationis esse dicitis nomina? Quid igitur nos ad
 hæc? *Kursus ad nostrum simplicem confugimus
 sermonem, et dicimus quod is qui omnem creaturam
 ex nihilo produxit, rerum est opifex et conditor
 quæ in substantia cernuntur, non nominum
 quæ subsistere nequeunt, quæque in vocis sono et
 linguæ strepitu solum consistunt; res autem se-
 cundum naturam et vim cuique inditam significa-
 tiva voce aliqua nominantur, secundum usitatum
 in quaque gente consuetudinem appellatione sub-
 jectis congruente. Sed quoniam multa sunt quæ
 creata cernuntur, quæ simplicem non habent natu-
 ram, ita ut uno verbo subjectum possit compre-
 hendi: velut in igne, aliud quidem est natura res
 subjecta, aliud vero nomen rei significativum: hoc
 enim est quid lucidum et quod urendi vim habet,
 siccum et calefaciens, et quod materiam quam ap-
 prehenderit consumit: nomen vero vox quædam
 brevis est, quæ una syllaba enuntiat: huius
 causa sermo qui dividit voces et æqualitates quæ
 in igne cernuntur, unamquamque proprie nominat,
 sicut prædiximus, nec quisquam nomen solum igni
 impositum esse dixerit, cum quis vel lucidum, vel
 consumptorium, vel aliud quid eorum quæ in ipso
 spectantur, nominaverit: facultatum enim quæ in
 ipso naturaliter insunt significativæ sunt tales
 voces. Eodem modo et in cælo, et in firmamento,*

⁴⁶ Exod. xiv. 15. ⁴⁷ Rom. viii. 26. ⁴⁸ Gen. i, 1, sqq.

quamvis una natura in utroque nomine significetur, tamen proprium quiddam eorum quæ in hac creatura fiunt, nominum differentia exprimit. Quare nos ad hoc intuentes, aliud quid discimus cæli appellatione, aliud vero firmamenti. Cum enim sensibilis creaturæ terminum describit sermo, postquam intelligibilis et transmunda creatura succedens desinit, comparatione ejus quod tangi non potest et incorporeum est et forma caret, firmamentum dicitur, principium et finis omnis materialis substantiæ. Cum autem inferiorum corporum ambitum exquirimus, quo omnis materialis continetur natura, hoc cælum appellamus quod visibilibus omnium terminus efficitur. Eodem modo et in terra arida, quoniam in hæc duo elementa deorsum vergit, et gravis natura distributa est, terram dico et aquas, hæc quidem aridæ appellatio distinguit quodammodo ab ea qualitate quæ ex adverso ipsi respondet; oppositione enim ad id quod est humidum arida cognominata est, cum divino mandato aquam circumfusam exuens in propria qualitate apparuit. Nomen autem terræ non amplius unius alicujus earum qualitatum quæ in ipsa sunt, significantiam demonstrat, sed per vim significativam quæ huic dictioni inest, omne complectitur, quod in hoc elemento intelligitur, ut quod durum, quod densum, quod grave, quod resistit, quod ad omnem fructuum et animalium nutritionem aptum est. Igitur non a sermone cognominata est arida, ut sit hoc postremum ei nomen inditum. Non enim deposuit per secundum nomen ut arida sit et dicatur, sed, manente appellatione et hac et illa, utique nominum propria quædam subest significatio: hæc quidem quæ dividit ac distinguit a diversi generis natura et proprietate; illa vero quæ omnem quæ in ipsa spectatur potentiam complectitur: sic et in luce et die, sic rursus in nocte et tenebris invenimus, non syllabæ sonum ab universi conditore factum, sed rerum substantiam quas per has appellationes cognoscimus. Solvuntur Dei voluntate lucis ingressu tenebræ prævalentes per primam creaturam; sed quoniam terra in medio comprehenditur, ac undique eam diversorum elementorum ambitus sustinet, sicut ait Job: *Qui appendit terram super nihilum*⁶⁸, necesse erat, cum per unam partem lux obiret et oppositam partem mole sua terra obstrueret, ut relinqueretur aliqua pars tenebrarum per obumbrationem. Quoniam vero perpetuo motu circa se polus circumagat istam quæ ex obumbratione advenit caliginem, necesse fuit Deum hunc circularem ambitum ordinasse, ut mensura temporalis extensionis fieret. Hæc autem mensura est nox et dies. Propterea pro sua sapientia historice talia dogmata Moses nobis declarans, hanc ex obstructione subeuntem caliginem absque luce quidem et tenebris nominavit, et eam quæ fit continuo circum locum terrestrem, lucis ad tenebras mensuratam successionem, diem

τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοῦ στερεώματος, μιᾶς φύσεως ἐν ἑκατέρῳ τῶν ὀνομάτων σημαυνομένης, ἰδίον τι τῶν ἐν τῇ κτίσει ταύτῃ γινομένων ἢ διαφορὰ τῶν ὀνομάτων παρίστησιν. Ὡστε πρὸς τοῦτο βλέποντας ἡμᾶς, ἄλλο τι μαθεῖν διὰ τῆς τοῦ οὐρανοῦ προσηγορίας, ἕτερον δὲ διὰ τοῦ στερεώματος. Ὅταν μὲν γὰρ τὸ πέρασ τῆς αἰσθητῆς κτίσεως ὑπογράφῃ ὁ λόγος, μεθ' ἣν ἡ νοητὴ τε καὶ ὑπερκόσμος διαδέχεται λῆξις, συγκρίσει τῇ πρὸς τὸ ἀναφῆς καὶ ἀσώματος καὶ ἀνείθεον, στερέωμα λέγεται, ἡ ἀρχὴ τε καὶ τὸ πέρασ πάσης τῆς ὕλικῆς ὑποστάσεως. Ὅταν δὲ τὴν τῶν ὑποκειμένων περιοχὴν ἐξετάζωμεν, ὅτι πᾶσα ἡ ὕλικὴ περικρατεῖται φύσις, οὐρανὸν τοῦτον προσαγορεύομεν τὸν τῶν ὄρατῶν πάντων ὄρον γινόμενον. Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ τῆς ξηρᾶς, ἐπειδὴ πρὸς δύο ταῦτα στοιχεῖα ἡ κατωφερῆς καὶ βαρεῖα φύσις διεμερίσθη, πρὸς τε τὴν γῆν φημι καὶ τὰ ὕδατα, ἡ μὲν τῆς ξηρᾶς προσηγορία, διασταλτικὴ πως τῆς ἀντιστοιχοῦσης ποιότητος, τῇ γὰρ πρὸς τὸ ὑγρὸν ἀντιπαρῆσσει, ξηρὰ κατωνόμασται, ὅτε ἀποδυσταμένη θείῳ προστάγματι τὸ περιεχυμένον ὕδωρ, ἐπὶ τῆς ἰδίας ποιότητος ἐφάνη. Τὸ δὲ τῆς γῆς ὄνομα, οὐκέτι μιᾶς τινος τῶν περὶ αὐτὴν ποιότητων τὴν σημασίαν ἐνδείκνυται, ἀλλὰ πᾶν ἐμπεριλαμβάνει διὰ τῆς ἐγκειμένης ἐμπάσεως τὸ ἐν τῷ στοιχείῳ νοούμενον, οἷον τὸ ναστὸν, τὸ πυκνὸν, τὸ ἐμβριθές, τὸ ἀντίτυπον, τὸ πρὸς πᾶσαν καρπῶν τε καὶ ζώων ἀνατροφὴν ἐπιτήθειον. Οὐκοῦν οὐ μετωνομάσθη παρὰ τοῦ λόγου ἡ ξηρὰ, πρὸς τὸ τελευταῖον ἐπικληθῆν αὐτῇ ὄνομα. Οὐ γὰρ ἀπέθετο διὰ τοῦ δευτέρου ὀνόματος τὸ ξηρὰ καὶ εἶναι καὶ λέγεσθαι, ἀλλὰ, μενούσης τῆς κλήσεως καὶ ταύτης κἀκείνης, ἑκατέρῳ τῶν ὀνομάτων ἰδίᾳ τις ὑπέστη σημασία: ἡ μὲν, ἀντιδιακριτικὴ τῆς ἑτερογενούς φύσεώς τε καὶ ἰδιότητος, ἡ δὲ περιεκτικὴ πάσης τῆς ἐν αὐτῇ θεωρουμένης δυνάμεως: οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ φωτός καὶ τῆς ἡμέρας, καὶ πάλιν ἐπὶ τῆς νυκτός καὶ τοῦ σκότους εὐρίσκομεν, οὐ συλλαβῶν ἦχον παρὰ τοῦ ποιητοῦ τῶν ὄλων ἐπὶ τοῦτων δημιουργοῦμενον, ἀλλὰ πραγμάτων ὑπόστασιν διὰ τῶν προσηγορίων τούτων γινώσκομεν. Λύεται κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τῇ εἰσόδῳ τοῦ φωτός τὸ ἐπικρατοῦν σκότος παρὰ τὴν πρώτην κτίσιν, τῆς δὲ γῆς ἐν τῷ μέσῳ περισχεθεῖσης, καὶ τῇ πανταχόθεν τῶν ἑτεροφύων στοιχείων περιβολῇ ἑαυτὴν ἀνεχούσης, καθὼς εἰρησιν ὁ Ἰωβ: ὅτι *Κρεμάζω γῆν ἐπὶ μηδενός*, ἐπάναγκες ἦν, καθ' ἣν μέρος τοῦ φωτός διοδεύοντος, ἀντιφραττούσης κατὰ τὸ ἀντικείμενον ἐν τῷ ἰδίῳ ὄγκῳ τῆς γῆς, ὑπολειφθῆναι τινα διὰ τοῦ ἀποσκιάσματος μοῖραν τοῦ σκότους. Τῆς δὲ ἀεικινήτου περιφορᾶς τοῦ πόλου συμπεριγαούσης ἑαυτῇ κατ' ἀνάγκην καὶ τὸν ἐκ τοῦ ἀποσκιάσματος ἐπισυμβαίνοντα ζόφον, τὴν ἐγκύκλιον ταύτην περίοδον τάξει τὸν Θεὸν εἰς τὸ γενέσθαι μέτρον τῆς χρονικῆς παρατάσεως. Τὸ δὲ μέτρον τοῦτο ἐστὶν ἡμέρα καὶ νύξ. Διὰ τοῦτο κατὰ τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν ἱστορικώτερον τὰ τοιαῦτα τῶν δογματικῶν ὁ Μωϋσῆς ἡμῖν σαφηνίζων τὸν ἐξ ἀντιφράξεως ἐπεισιόντα ζόφον χωρὶς μὲν φωτός καὶ σκό-

⁶⁸ Job xxxvi, 7.

τους ὠνόμασε, καὶ τὴν αἰὲ γινομένην περὶ τὸ περι-
 γειον χῶρον τοῦ φωτὸς πρὸς τὸ σκότος ἔμμετρον δια-
 δοχῆν, ἡμέραν καὶ νύκτα προσείπεν. Ὡστε οὐχὶ ἐπί-
 κλητον τὸ φῶς ἡμέρα προσηγορεύθη, ἀλλ' ὥσπερ
 ἐγένετο φῶς, καὶ οὐχὶ ψιλῆ προσηγορία φωτὸς, οὕτως
 καὶ ἐγένετο τοῦ χρόνου τὸ μέτρον· ἐπικολούθησε δὲ
 τῷ μέτρῳ τὸ ὄνομα, οὐκ ἐν ῥημάτων ψόφῳ παρὰ τοῦ
 πεποιηκότος γενόμενον, ἀλλ' αὐτῆς τοῦ πράγματος
 φύσεως ἐπισπασμένης τὴν διὰ τῆς φωνῆς σημασίαν.
 Καὶ ὥσπερ εἰ τοῦτο σαφῶς εἴρητο παρὰ τοῦ νομοθέ-
 του, ὅτι πᾶν τὸ φαινόμενον καὶ ὀνομαζόμενον, οὐκ
 αὐτοφύεος ἐστὶν οὐδὲ ἀποίητον, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ τὴν
 ὑπόστασιν ἔχει, ἀφ' ἑαυτῶν ἂν συνεθήκαμεν, τὸ
 πάντα τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ μέρη, καὶ τὴν ἐν-
 θεωρουμένην τάξιν καὶ τὴν γνωριστικὴν τῶν ὄντων
 δύναμιν τὸν Θεὸν πεποιηκέναι· οὕτως καὶ δι' ὧν εἶπε
 πρὸς ταύτην ἐνάγει ἡμᾶς τὴν διάνοιαν εἰς τὸ πισ-
 τεύειν τὸ μηδὲν τῶν ὄντων ἀναρχον εἶναι. Καὶ πρὸς
 τοῦτο βλέπων, ὀδῶ καὶ τάξει τὰ καθεξῆς διεξέρχεται,
 τῆς τῶν γεγονότων ἀκολουθίαν ἀπαριθμούμενος.
 Ταῦτα δὲ οὐκ ἦν ἄλλως παραστήσασθαι τῷ λόγῳ, μὴ
 διὰ τῶν γνωριστικῶν ὀνομάτων τὴν σημασίαν ποιού-
 μενον. Ἐπεὶ οὖν γέγραπται ὅτι ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ
 φῶς ἡμέραν, νοητέον, ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ
 φωτὸς ἡμέραν, ἕτερόν τι οὐσαν κατὰ τὸν ἴδιον λόγον·
 οὐ γὰρ ἂν τὸν αὐτὸν ἀποδοίης φωτὸς καὶ ἡμέρας
 λόγον, ἀλλὰ φῶς μὲν τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου πρὸς τὸ σκό-
 τος νοούμενον· ἡμέρα δὲ, τὸ τοσόνδε τοῦ ἐν τῷ φωτὶ
 διαστήματος μέτρον. Ὡσαύτως καὶ νύκτα καὶ σκότος
 κατὰ τὴν αὐτὴν τοῦ λόγου διαίρεσιν κατανοήσεις,
 σκότος μὲν τὸ ἐξ ἐναντίου πρὸς τὸ φῶς νοούμενον
 δριζύμενος· νύκτα δὲ τὴν τοσηνδε τοῦ σκότους περι-
 γραφὴν ὀνομάζων. Οὐκοῦν ἐβόρωται διὰ πάντων ἡμῶν
 ὁ λόγος, εἰ καὶ μὴ τεχνικῶς κατὰ τὰ σχήματα τῆς
 διαλεκτικῆς συγκροτῆται· δεικνύς ὅτι Θεὸς πραγμά-
 των ἐστὶ δημιουργὸς, οὐ ῥημάτων ψιλῶν· οὐ γὰρ
 ἐκείνου χάριν, ἀλλ' ἡμῶν ἕνεκεν ἐπίκειται τοῖς πράγ-
 μασι τὰ ὀνόματα.

Διὰ γὰρ τὸ μὴ πάντοτε δυνατόν ἡμῖν εἶναι πάντα
 ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχειν τὰ ὄντα, τὸ μὲν τι τῶν αἰὲ πα-
 ρόντων γινώσκωμεν, τὰ δὲ τῇ μνήμῃ ἐναπογράφωμεν.
 Ἄλλως δὲ οὐκ ἐστὶν ἀσύγχυτον φυλαχθῆναι ἡμῖν τὴν
 μνήμην, μὴ τῆς τῶν ὀνομάτων σημασίας διαστελλού-
 σης ἀπ' ἀλλήλων τὰ ἐναποκείμενα τῇ διανοίᾳ πράγματα.
 Θεῶ δὲ πάντα πάρεστι, καὶ οὐδὲν δεῖ μνήμης αὐτῷ πάν-
 των τῇ διορατικῇ δυνάμει περικρατουμένων τε καὶ
 θεωρουμένων. Τίς οὖν ἐπ' αὐτοῦ χρεῖα ῥήματος ἢ ὀνόμα-
 τος, αὐτῆς τῆς ἐν αὐτῷ σοφίας τε καὶ δυνάμεως, ἀσύγ-
 χυτὸν τε καὶ διακεκριμένην τὴν τῶν ὄντων φύσιν πε-
 ριεχούσης; Οὐκοῦν παρὰ Θεοῦ μὲν τὰ ὄντα καὶ ὄφρα ὄντα
 πάντα, τῆς δὲ ἡμετέρας ἕνεκεν ὀνομασίας, ἔπεισι τοῖς
 οὐαὶ τὰ σημειωτικὰ τῶν πραγμάτων ὀνόματα. Ταῦτα
 δὲ, κατὰ τὸ ἀρέσκον ταῖς τῶν ἀνθρώπων συνθηλαῖς
 γίνεσθαι τις εἰπῶν, οὐδὲν εἰς τὸν τῆς προνοίας πλημ-
 μελήσει λόγον. Οὐ γὰρ τὴν φύσιν τῶν ὄντων γίνεσθαι
 παρ' ἡμῶν, ἀλλὰ τὰ ὀνόματα λέγομεν. Ἄλλως ὀνομά-
 ζει τὸν οὐρανὸν ὁ Ἑβραῖος, καὶ ἑτέρω δὲ Χαναανῶς·
 νοεῖ δὲ ὡσαύτως ἑκάτερος, οὐδὲν τῇ διαφορᾷ τῶν φθόγ-
 γων περὶ τὴν κατανόησιν τοῦ ὑποκειμένου διασφαλλό-

et noctem appellavit. Quare non quæ jam vocata
 fuerat lux, dies appellata est, sed sicut facta est
 lux, neque nuda lucis appellatio, sic etiam facta est
 temporis mensura : mensuram autem secutum est
 nomen, non ex verborum sono a conditore factum,
 sed ipsa rei natura trahente sibi eam quæ inest voci
 significationem. Ac velut si a legislatore hoc aperte
 dictum esset, quod omnequod apparet et nominatur,
 non sponte natum neque non factum est, sed ex
 Deo subsistentiam habet, ex nobis ipsis componere
 facile potuissemus, nempe universum mundum et
 omnes quæ in eo sunt partes, et qui in ipso cernit-
 ur ordinem et vim, quæ notificat ea quæ sunt,
 Deum fecisse : sic quoque per ea quæ dixit ad hanc
 nos inducit intelligentiam, ut credamus nihil eorum
 quæ sunt principio carere. Et ad hoc respiciens
 via et ordine ea quæ deinceps sequuntur enarrat,
 productorum seriem enumerans. Hæc autem non
 aliter quis sermone exprimere poterat, nisi hæc
 per nomina quæ rem indicant significaret. Quoniam
 igitur scriptum est quod Deus vocavit lucem diem,
 intelligendum est Deum ex luce diem fecisse, quæ
 est quid alterum secundum propriam rationem :
 non enim eandem reddideris lucis et diei definitio-
 nem, sed lux quidem est quod ex contrario tenebris
 oppositum intelligitur ; dies vero mensura tanta
 intervalli quod est in luce. Similiter noctem et te-
 nebras per eandem definitionis divisionem co-
 gnoscas, si tenebras quidem definiris quod ex con-
 trario luci oppositum intelligitur, noctem vero tan-
 tam tenebrarum circumscriptionem nominaveris.
 Quare per omnia nobis confirmata est oratio, licet
 non artificiose per figuras artis disserendi con-
 structa est, demonstrans quod Deus rerum et opi-
 fex et conditor, non verborum nudorum ; non enim
 illius gratia, sed nostri causa rebus sunt imposita
 nomina.

Quoniam enim non semper possumus omnia quæ
 sunt præ oculis habere, semper quidem eorum
 quæ adsunt aliquid cognoscimus, alia vero in
 memoria inscribimus. Alioquin memoria incon-
 fusa aliter conservari non posset, hisi nomi-
 num significatio res quæ in mente consignatæ sunt,
 a se invicem distingueret. Deo autem adsunt omnia,
 neque ei opus est memoria, cum ejus perspicace
 potentia omnia contineantur et cernantur. Quis igitur
 in eo verbi vel nominis usus, cum ipsa quæ in eo
 est sapientia et potentia inconfusam et distin-
 ctam eorum quæ sunt naturam contineat? Quan-
 obrem a Deo quidem sunt ea quæ sunt quæ-
 que subsistunt omnia, sed nostræ deductionis
 causa his quæ sunt significativa rerum imponuntur
 nomina. Hæc autem, ut hominum usui et consue-
 tudini placet, si quis dixerit fieri, nihil in providen-
 tiæ rationem peccaverit. Non enim eorum quæ
 sunt naturam, sed nomina fieri a nobis asserimus.
 Aliter Hebræus cælum nominat, aliter Chananæus ;
 sed eodem modo intelligit uterque, nihil propter

sonorum differentiam in subjecti cognitione aberrans. Sed horum sapientum nimium tanta et timida superstitio, per quæ asserit, quod si datum fuerit ab hominibus inditas esse rebus voces, homines Deo principaliores esse, vana esse redarguitur, et quæ subsistere nequit, ac per ipsum Mosis exemplum quod nobis in Scriptura commemoratur⁴⁹. Quis enim ipsi Mosi indidit nomen? Nonne filia Pharaonis, quæ eum ex eventu nominavit? Moses enim Ægyptiorum lingua dicitur *aqua*. Quoniam igitur secundum tyranni edictum in capsula sive cista impositum infantem parentes fluentis dederant (sic enim quidam historicorum de ipso narrent), hæc vero cista divina voluntate undarum vortice fluctuans, ripæ admota est, et a filia regis inventa, quæ tunc in illo flumine corpus abluerat, et quod ex aqua puer ipsi acquisitus esset, monumentum fortuiti eventus puero dicitur imposuisse nomen. Quo etiam Deus ipse in suo famulo uti non dedignatus est, neque indignum iudicavit barbaræ vocationem in propheta propriam sinere: sic ante hunc Jacob fratris planta manu apprehensa, supplantator ex figura qua editus est in lucem, appellatus est⁵⁰. Ad hoc enim ferre nominis Jacob interpretationem in Græcam vocem transsumptam illi qui talia noverunt docent; et Phares obstetrix rursus ex eventu qui accidit in partu nominavit⁵¹. Et nullus ideo, secundum Eunomium, sibi principatum Dei potestate antiquiorem ambitiose voluit arrogare. Sed et patriarchis matres nomina imponunt; Ruben, Simeon, Levi⁵², et reliquis omnibus deinceps similiter. Et nullus secundum hunc nugatorem in illis temporibus divinæ providentiæ sollicitus curator exstitit, qui prohiberet ne per hanc nominum impositionem mulierculæ Deo principaliores fierent. Quis autem singula quæ ex sacra Scriptura depromi possunt, valeat recensere: aquam contradictionis, et locum luctus, et collem præputiorum, et vallem racemi, et agrum sanguinis, et omnia huiusmodi nomina, quæ quidem ab hominibus imposita, sæpe etiam ex persona Dei commemorantur? Per quæ licet discere quod neque supra humanam dignitatem est ea quæ fit de rebus per verba declaratio, neque per hæc divinæ naturæ potentia plus auctoritatis habet.

Sed alias quidem nugas quas contra veritatem nugatus est delirus, ut nullum contra dogmata robur habentes silentio præteribo, supervacuum esse iudicans in vanis diutius immorari. Quis enim ita demens et melioribus curis vacuus, ut operam et studium in sermonibus amentibus et insanis perdere velit, et altercari adversus eos qui asserunt nos affirmare quod hominum cura Dei sollicitudine et cura principalior est, et potior auctoritatem habet, et quod negligentiam quæ solutiores animos disturbat, ad illius transferimus providentiam? Hæc ad verbum vox calumniantis nos protulit. Ego autem æquale arbi-

⁴⁹ Exod. ii, 10. ⁵⁰ Gen. xxv, 25. ⁵¹ Gen. xxxviii, 29. ⁵² Gen. xxix, 32-34.

A μενος. Ἡ δὲ λαν εὐλαβῆς τῶν σωρῶν τούτων ἐθελοθηρσκειά δι' ὧν εἰ δοθεῖη παρὰ ἀνθρώπων εἶναι ταῖς πράγμασι τὰς φωνάς, τὸ ἀρχηγικωτέρους εἶναι τοῦ Θεοῦ τοὺς ἀνθρώπους κατασκευάζει, ἐλέγχεται ματαία τις οὕσα καὶ ἀνυπόστατος, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ κατὰ τὸν Μωϋσέα μνημονευθέντος ἡμῖν ὑποδείγματός. Αὐτῷ γὰρ τῷ Μωϋσῆϊ τίς ἐθετο τὴν προσηγορίαν; Οὐχ ἡ θυγάτηρ τοῦ Φαραῶ ἐκ τοῦ συμβάντος ἐπονομάσατο; Μωϋσῆς γὰρ τὸ ὕδωρ λέγεται τῆ τῶν Αἰγυπτίων φωνῇ. Ἐπεὶ οὖν κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ τυράννου, κίβωτόν τὸ βρέφος ἐνθέντες οἱ γεννησάμενοι τοῖς ρείθροις ἔδωκαν· οὕτω γὰρ τινες τῶν ἱστορικῶν τὰ κατ' αὐτὸν διηγῆσαντο· ἡ δὲ κατὰ θεῖον βούλημα ὑπὸ τῆς δίνης τῶν κυμάτων ἐκκυμανθεῖσα προσηγήθη τῆ δχθῆ, καὶ εὐρημα τῆς βασιλίδος κατ' ἐκείνῳ τῷ λουτρῷ τὸ σῶμα φαιδρνομένης ἐγένετο, ὡς ἐξ ὕδατος αὐτῆ τοῦ παιδὸς κτηθέντος, μνημόσυνον τῆς συντυχίας λέγεται τῷ παιδί θέσθαι τὸ ὄνομα. Ἡ καὶ αὐτὰς ὁ Θεὸς ἐπὶ τοῦ θεράποντος κεχρησθαι οὐκ ἀπηξίωσεν, οὐδὲ ἀνάξιον ἔκρινε τὴν τῆς βαρβάρου κλήσιν ἐπὶ τοῦ προφήτου κυρίαν ἔσσει· οὕτως πρὸς τοῦτο Ἰακώβ, τῆς τοῦ συγγόνου πέτρης ἐπειλημμένος, πτερνιστῆς ἐκ τοῦ σχήματος ᾧ συναπεκυήθη, προσηγορεύθη. Εἰς τοῦτο γὰρ φέρειν τοῦ Ἰακώβ τὴν ἐρμηνείαν εἰς Ἑλλάδα φωνὴν μεταληφθεῖσαν οἱ τὰ τοιαῦτα νενοχότες διδάσκουσιν· καὶ τὸν Φαρῆς ἡ μάτα πάλιν ἐκ τοῦ περὶ τὸν τόκον συμβάντος ὠνόμασε. Καὶ οὐδεὶς, κατὰ Εὐνόμιον, ὡς ἀρχηγικωτέραν αὐτὴν τῆς τοῦ Θεοῦ ἐξουσίας ἐζηλοτύπησεν. Ἀλλὰ καὶ τοῖς πατριάρχαις αἱ μητέρες τὰ ὀνόματα τίθενται· Ρουβείμ, Συμεὼν, καὶ Λευὶ, καὶ τοῖς καθέξῃς πᾶσιν ὁμοίως. Καὶ οὐδεὶς κατὰ τὸν νῦν λογογράφον ἐν τοῖς τότε χρόνοις τῆς θείας προνοίας κηδεμῶν ἀνεφάνη, ὥστε κωλύσαι διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων θέσεως, ἀρχηγικώτερα τοῦ Θεοῦ γενέσθαι τὰ γύναια. Τί δ' ἂν τις τὰ καθ' ἕκαστον ἐκ τῆς ἱστορίας λέγοι, ὕδωρ ἀντιλογίας, καὶ τόπον πένθους, καὶ βουνὸν ἀκροβουσιῶν, καὶ φάραγγα βότρου, καὶ ἀγρὸν αἵματος, καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα τῶν ὀνομάτων, θεθέντα μὲν παρὰ τῶν ἀνθρώπων, μνημονευόμενα δὲ πολλάκις καὶ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ; Δι' ὧν ἔστι μαθεῖν ὡς οὕτε ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην ἀξίαν ἔστιν ἡ διὰ ῥημάτων γινομένη κατὰ τῶν πραγμάτων σημείωσις, οὕτε ἡ τῆς θείας φύσεως δύναμις διὰ τούτων τὴν μαρτυρίαν ἔχει.

D Ἄλλὰ τοὺς μὲν ἄλλους φληνάφους, οὓς κατὰ τῆς ἀληθείας ἐλήρησεν, ὡς οὐδεμίαν ἔχοντας κατὰ τῶν δογμάτων ἰσχύν, ὑπερβῆσομαι, περιττὸν εἶναι κρινῶν ἐμφιλοχωρεῖν τοῖς ματαίοις. Τίς γὰρ οὕτως ἄφρων, τίς τῶν σπουδαιοτέρων φροντῖδων, ὥστε τοῖς ἀνοήτοις τῶν λόγων προσαναλίσκειν τὴν σπουδὴν, καὶ διαμάχεσθαι πρὸς τοὺς λέγοντας ὅτι ἀρχηγικωτέραν μὲν καὶ κυριωτέραν ἀποφαίνομεν τὴν τῶν ἀνθρώπων φροντίδα, τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας, τὴν δὲ τοῖς ἀμελεστέροις ἐνοχλοῦσαν ὀλιγωρίαν, εἰς τὴν ἐκείνου μεταφέρομεν πρόνοιαν; Ταῦτα ἐπὶ λέξεως ἢ τοῦ διαβάλλοντος ἡμᾶς ἔχει φωνή. Ἐγὼ δὲ ἴσον ἡγοῦμαι περὶ τὰ τοιαῦτα σπουδάζειν καὶ γραίδων ὄνειροις ἀπο-

σχολάζειν. Τὸ γὰρ ἐν τύπῳ φθόγγων τινῶν οἰεσθαι ἅ τῃ θεῖᾳ φύσει τὸ τῆς ἀρχῆς καὶ κυριότητος ἀξίωμα διαφυλάσσειν, καὶ τὴν μεγάλην τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἐν τούτῳ δεικνύειν, ἀμελεῖν τε πάλιν τὸν Θεὸν καὶ ἀλιγυρεῖν τῆς προσηκούσης αὐτῷ προνοίας, ἡμᾶς τε διαβάλλειν, ὅτι τὴν λογικὴν δύναμιν παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβόντες οἱ ἄνθρωποι, ἔπειτα κατ' ἐξουσίαν τοῖς λόγοις πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων δήλωσιν κέχρηται, τί ἄλλο ἢ οὐκὶ γραῶδης μῦθος ἢ κραιπαλώντων δνειρος τὸ τοιοῦτόν ἐστιν; Ἡ γὰρ ἀληθὴς τοῦ Θεοῦ δύναμις τε καὶ ἐξουσία, καὶ ἀρχὴ καὶ κυριότης κατὰ τῆς τὸν ἡμέτερον λόγον οὐκ ἐν συλλαβαῖς τὸ εἶναι ἔχει, ἢ οὕτως ἂν εἰς ὁμάτιμον ἔλθοι τῷ Θεῷ πᾶς ὅστισούν εὐρετῆς ῥημάτων γινόμενος, ἀλλ' αἰῶνες ἄπειροι, καὶ κόσμου κάλλη, καὶ φωστῆρων αὐγαί, καὶ τὰ ἐπιγῆς καὶ θαλάττης θαύματα, ἀγγέλων τε στρατιαί, καὶ ὑπερχόσμιοι δυνάμεις, καὶ εἰ τε ἄλλο κατὰ τὴν ἄνω λῆξιν παρὰ τῆς Γραφῆς εἶναι δι' αἰνιγμάτων ἀκούομεν, ταῦτά ἐστι τὰ μαρτυροῦντα τῷ Θεῷ τὴν ὑπὲρ πάντα δύναμιν. Φωνῆς δὲ ἔχον τοῖς πεφυκόσι φθέγγεσθαι μαρτυρῶν τις, οὐδὲν εἰς τὸν δεδωκότα τὴν φωνὴν ἀσεβῆσαι· οὐδὲ γὰρ μέγα τι τοῦτο οἰόμεθα, τὸ σημαντικὰς τῶν πραγμάτων ἐξευρίσκειν φωνὰς. Ἡ γὰρ ἡ Γραφή κατὰ τὴν ἱστορικὴν κοσμογένειαν, ἀνθρώπου ὄνομα τῷ καθ' ἡμᾶς ἔθετο πλάσματι, τοῦτον ὁ Ἰὼβ βροτὸν ὀνομάζει, καὶ τινες τῶν ἔξωθεν φῶτα, καὶ μέροπα ἕτεροι, ἵνα ἕσως τὰς κατὰ ἔθνος τούτου διαφορὰς. Ἄρ' οὖν εἰς Ἰσον ἀγομεν τῷ Θεῷ καὶ τὰς ἐκείνων τιμὰς, ὅτι Ἰσον δυναμούσας τῇ τοῦ ἀνθρώπου προσηγορίᾳ κάκεινοι τινες ἐξεύρον φωνὰς, δι' ὧν ὁμοίως δηλοῦται τὸ ὑποκειμενον; ἀλλὰ ταύτην μὲν τὴν ματαιολογίαν ἑατέον ἡμῖν, καθὼς προεῖπον, καὶ τὰς ἐφεξῆς λοιδορίας ἐν οὐδενὸς μέρει θετέον. Ἐν αἷς καταφύδουσαι τῶν θεῶν ἡμᾶς λογίων φησι, καὶ κατὰ πᾶσαν ἄδειαν συκοφαντεῖν, τὰ τε ἄλλα πάντα, καὶ αὐτὸν τὸν Θεόν. Μετέλθωμεν δὲ τῷ λόγῳ πρὸς τὰ λειπόμενα.

deinceps sequuntur convitia pro nihilo sunt reputanda, quibus nos contra divina oracula mentiri autumat, atque omni metu sublato calumniari, aliaque omnia et ipsum Deum. Sed ad reliqua pergamus.

Προτίθεισι πάλιν τοῦ διδασκάλου ῥῆσιν ἔχουσαν οὕτως· Παρακλησίως δὲ καὶ οὐδὲν ἀλλοιότερον τὴν τῆς ἐπινοίας χρῆσιν παρὰ τοῦ θείου δεδιδάγμεθα λόγου. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, τὴν φύσιν τῆς θεότητος τοῖς ἀνθρώποις παραδῶν, ἰδιώμασι τισὶ τοῖς θεωρουμένοις περὶ αὐτὸν ἀποσημαίνει ταύτην· θύραν ἑαυτὸν λέγων καὶ ἄρτον, καὶ ὄδον, καὶ ἄμπελον, καὶ ποιμένα, καὶ φῶς. Τὰ μὲν οὖν ἐφ' ὕβρει ῥηθέντα καθ' ἡμῶν παρ' αὐτοῦ ἐπὶ τούτοις (οὕτω γὰρ αὐτὸν ἡ διαλεκτικὴ μάχεσθαι τοῖς ἀντιλέγουσιν ἐδιδάξατο), παριδεῖν οἶμαι πρέπειν, καὶ μηδὲν πρὸς τὰς μειρακιώδεις ἀνοίας ὑποταράσσειν. Ἄλλὰ τὸ δριμύ τοῦτο καὶ ἄφυκτον ῥῆμα κατεξετάσωμεν, ὅπερ εἰς ἀνατροπὴν τοῦ καθ' ἡμᾶς προτείνεται λόγου. Τίς, φησι, τῶν ἁγίων ἐστίν, ὃς κατ' ἐπίνοιαν λέγεσθαι τῷ

⁸³ Gen. i, 26. ⁸⁴ Job xiv, 4.

(a) D. Basilius contra Eunomium, lib. 1.

A tror in talibus studium et operam ponere ac animalium somniis occupari. Nam in forma sonorum quorundam putare divinæ naturæ principatus et dominationis majestatem conservare, et magnam Dei potentiam in hoc esse positam demonstrare, rursusque nos Deum negligere ac pro nihilo habere ipsi convenientem providentiam, itemque calumniari, quod ratiocinandi facultatem a Deo homines adepti exinde pro arbitrio sermonibus ad rerum declarationem usi sunt, quid aliud hoc est nisi anilis fabula vel ebriosorum somnium? Vera enim Dei virtus et potestas, et principatus et dominatio secundum nostrum sermonem non in syllabis esse habet, vel ita certe ad parem honorem cum Deo venerit quicumque verborum fuerit inventor; sed infinita sæcula, et mundi pulchritudo, et luminarium splendores, et quæ sunt in mari et terra miracula, angelorumque militiæ, et supermundiales virtutes, et si quid est aliud quod in superna sede a Scriptura per ænigmata audimus, hæc sunt quæ testificantur Deo quæ est supra omnia virtutem. Vocis autem sonum his qui naturaliter loquuntur qui attribuit, nihil in eum qui vocem dedit impie dicit; neque enim magnum aliquid putamus, nempe significativas rerum voces excogitare. Cui enim Scriptura secundum historicam mundi creationem humano huic figmento ἀνθρώπου hominis nomen indidit ⁸³, hunc Job βροτόν, mortalem nominat ⁸⁴, et quidam externi φῶτα, quasi dicas *C hominem loquentem* et alii μέροπα id est, *diversilinguem*, vel diversam et articulatam vocem habentem, ut omittam secundum singulas gentes hujus nominis differentias. Num igitur adæquamus Deo etiam illorum honores, quia æquivalentes hominis appellationi etiam illi voces invenerunt, quibus similiter declaratur subjectum? Sed hæc vaniloquentia omittenda est nobis, sicut prædixi, et quæ

Proponit rursus magistri verba quæ ita se habent: (a) *Persimiliter autem et non diversiori modo commentationis usum ex verbo divino docti sumus. Dominus noster Jesus Christus naturam deitatis hominibus declarans, proprietatibus quibusdam quæ in ipso peculiariter spectantur, hanc designat: ostium seipsum dicens, et panem, et viam, et vitem, et pastorem, et lucem.* Quæ igitur per contumeliam contra nos ab ipso ob hæc dicta sunt (sic enim ipsum dialectica contradicentibus decertare docuit) despiciere arbitror decere, et nihil ad juveniles amentias subturbari. Sed hoc acre verbum et inevitabile examenem, quod ad eversionem nostri sermonis protendit. Quis sanctorum, inquit, est, qui per commentationem hæc nomina Domino attribui testetur? Quis autem prohibet, ad ipsum hercle dixerim,

blasphemum esse judicans in commentatione spectare nominum usum? Si enim quia dictum non est, id argumentum esse asserit, quod sit prohibitum, etiam quia vetitum non est, id signum concessum esse procul dubio assentietur. His nominibus Dominus nominatur, an etiam hæc negabit Eunomius? Sed si neget has de Christo voces esse dictas, sine pugna vicimus. Quænam enim illustrior fiat victoria quam quæ demonstrat adversarium Deo rebellare, quia divinas Evangelii voces irritas facit et pervertit? Quod si vere confietur Christum his nominibus appellari, dicat modum quo pie Unigenito accommodantur hæc nomina. Num naturæ ejus lapidem esse indicem definit? num essentiam ipsius per asciam sive securim intellexit? num per ostium Unigeniti deitatis proprietates significatur, vel per unumquodque aliorum (ne nullam turbam sermone inferamus omnia recensentes nomina) non natura Unigeniti unumquodque horum nominum est, non deitas, non essentiæ proprietates? Verumtamen his nominibus vocatur, et appellatio aliquid proprium in se continet. Nihil enim otiosum, nihil quod non significet, in divinis vocibus pium est et sanctum existimare. Ergo rationem dicat si aspernatur, nempe secundum commentationem dici, unde hæc nomina Christo congruunt. Nos quidem dicimus quod, cum multiformiter Dominus humanæ vitæ providat, quæque beneficii species per unumquodque talium nominum congruenter dignoscitur, providentia et operatione quæ in ipso spectatur, in nominis forinam transeunte. Nomen autem hujusmodi dicitur mentis excogitatione sive commentatione nominari. Quod si hoc adversariis non placeat, quomodo cuique videatur, sic se habeat. Sed his quæ dicuntur adversatur, qui nominum quæ in Scripturis Deo attribuuntur, rudis est et ignarus. Si enim divinas voces didicisset, utique nosset quod etiam maledictum et peccatum, et juvenca æstro percita, et catulus leonum, et ursa dubia, et pardalis, et quæ ejusmodi secundum diversas commentationes a Scriptura Dominus dicitur: per quæ nomina sancti et præstantes viri scopum notionis, in quem directo aspiciant, clare explanant. Etiam si passim usurpata videantur quodammodo hæc nomina, secundum promptam et tritam significationem, quæ quidem singula nisi quis per commentationem in Deo pie dici concesserit, non pura erit dictio ab impia suspitione. Ac prolixum quidem esset omnium repræsentare et denudare sive aperire sensum, quomodo hæc etiam vulgò usurpata sunt secundum communem existimationem ex prompta significatione, quoniam ratio commentationis pietati Dei nomina conciliat. Sed ad ea quæ deinceps sequuntur, progrediamur.

Rursus repetito sermone, ejusmodi nomina in Domino dicuntur, nec eorum quisquam qui in divinitus inspiratis Scripturis versatus fuerit, inficias ibit, hæc dici. Quid igitur, num ipsius naturæ significativas voces definiunt? Ergo, inquit, multi-

A Κυρίῳ ταῦτα μαρτυρεῖ τὰ ὀνόματα; Τίς δὲ ἀπαγορεύει, πρὸς αὐτὸν εἰποιμ' ἄν, βλάσφημον εἶναι κρινῶν τὸ ἐν ἐπινοίᾳ θεωρεῖν τῶν ὀνομάτων τὴν χρῆσιν; Εἰ γὰρ τὸ οὐ μὴ εἰρῆσθαι τοῦ κεκωλύσθαι λέγει τεκμηρίον εἶναι, καὶ τὸ μὴ κεκωλύσθαι τοῦ συγχωρηθῆσθαι σημεῖον εἶναι πάντως συνθήσεται. Ὀνομάζεται τοῖς ὀνόμασι τούτοις ὁ Κύριος, ἢ καὶ περὶ τούτων ἔξαρκος ὁ Εὐνόμιος γίνεται; Ἄλλ' εἰ μὲν ἀρνεῖται τὸ λέγεσθαι ταύτας ἐπὶ Χριστοῦ τὰς φωνάς, ἀμαχητὶ κερρατήκαμεν. Τίς γὰρ ἄν περιφανεστέρα γένηται νίκη τοῦ δεῖξαι φανερώς θεομαχοῦντα τὸν ἀντικείμενον, διὰ τοῦ τὰς θείας τοῦ Εὐαγγελίου φωνὰς παραγράφεσθαι; Εἰ δὲ ἀληθῶς ὁμολογεῖ ταῦτα τὸν Χριστὸν ὀνομάζεσθαι, λεγέτω τὸν τρόπον καθ' ὃν εὐσεβῶς ἐφαρμόζεται τῷ Μονογενεῖ Θεῷ τὰ ὀνόματα. Μὴ τῆς φύσεως αὐτοῦ τὸν λίθον ἐνδεικτικὸν διορίζεται; Μὴ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ διὰ τῆς ἀξίτης ἐνόησεν; Μὴ διὰ τῆς θύρας ἢ τῆς θεότητος τοῦ Μονογενοῦς ιδιότης σημαίνεται, ἢ δι' ἐκάστου τῶν ἑλλῶν (ἵνα μὴ πολλὸν ἐπάγωμεν ὄχλον τῷ λόγῳ πάντα καταλέγοντες τὰ ὀνόματα), οὐ φύσις τοῦ Μονογενοῦς ἕκαστον τούτων τῶν ὀνομάτων ἐστίν, οὐ θεότης, οὐκ οὐσίας ἰδίωμα; Ἄλλὰ μὴν ὀνομάζεται ταῦτα, καὶ ἡ κλήσις τὸ κύριον ἔχει. Οὐδὲν γὰρ ἀργὸν καὶ ἀσημαντὸν ἐν ταῖς θείαις φωναῖς εὐαγέει ἐστὶν ὀλεσθαι. Οὐκοῦν εἰπάτω τὸν λόγον εἰ ἀθετεῖ τὸ κατ' ἐπίνοιαν λέγεσθαι, πόθεν ἐφαρμόζεται ταῦτα τῷ Χριστῷ τὰ ὀνόματα. Ἡμεῖς μὲν γὰρ τοῦτο φάμεν, ὅτι, πολυειδῶς τὸ Κυρίου τῆς ἀνθρωπίνης προνοούτου ζωῆς, ἕκαστον εὐεργεσίας εἶδος δι' ἐκάστου τῶν τοιούτων ὀνομάτων καταλλήλως γνωρίζεται, τῆς θεωρουμένης αὐτῷ προνοίας καὶ ἐνεργείας εἰς ὀνόματος τύπον μεταβαίνουσης. Τὸ δὲ τοιούτου νομοματὸς παρ' ἡμῶν ἐπίνοια λέγεται ὀνομάζεσθαι. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο φίλον τοῖς ἀντιλέγουσιν, ὅπως ἂν τῷ δοκῇ, ἔχέτω. Ἄλλ' ἀντιλέγει τοῖς λεγομένοις ὁ τῶν γραφικῶν ὀνομάτων ἀνήκοος. Εἰ γὰρ πεπαιδευτοὶ τὰς θείας φωνάς, ἔγνω πάντως ἂν ὅτι καὶ κατὰρα καὶ ἀμαρτία, καὶ παροιστρωσὰ δάμαλις, καὶ σχύμνος λεόντων, καὶ ἄρκτος ἀπορουμένη, καὶ πάρδαλις, καὶ τὰ τοιαῦτα κατὰ διαφόρους ἐπινοίας παρὰ τῆς Γραφῆς ὁ Κύριος λέγεται· τῶν ἁγίων τε καὶ διαφόρων ἀνδρῶν τὸν σκοπὸν τοῦ νοήματος, πρὸς ὃν ἀφεώρων, εὐθυβόλους τοῖς ὀνόμασι τούτοις διατρανοῦντων.

D Εἰ δὲ καὶ διαβεβλήσθαι ταῦτα δοκεῖ πως κατὰ τὴν πρόχειρον ἐνδειξίν τὰ ὀνόματα, ἅπερ ἕκαστον εἰ μὴ κατὰ τινὰ τις ἐπίνοιαν εὐαγῶς ἐπιλέγεσθαι τῷ Θεῷ συγχωρήσειεν, οὐ καθαρῶς τῆς ἀσεβεστέρας ὑπονοίας ἢ λέξις. Καὶ μακρὸν ἂν εἴη περὶ πάντων περὶ τῶν τῶν καὶ ἀπογομνοῦν τὴν διάνοιαν, πῶς ταῦτα καὶ διαβέβληται κατὰ τὴν κοινὴν ὑπόληψιν ἐκ τῆς προχείρου ἐμφάσεως, καὶ ὁ τῆς ἐπινοίας λόγος οἰκείοι τῇ εὐσεβείᾳ τοῦ Θεοῦ τὰ ὀνόματα. Ἄλλὰ πρὸς τὸ συνεχῆς τῆς ἀκολουθίας προέλθωμεν.

Πάλιν ἐπαναλαβόντες τὸν λόγον, λέγεται τὰ τοιαῦτα τῶν ὀνομάτων ἐπὶ τοῦ Κυρίου, καὶ οὐκ ἂν τις ἀντεῖποι τῶν καθωμιληκῶτων ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς ταῦτα μὴ λέγεσθαι. Τί οὖν ἄρα αὐτῆς τῆς φύσεως σημαντικὰς φωνὰς διορίζεται; Οὐκοῦν πολυειδῆ τῶν,

φησι, τὴν θείαν φύσιν, καὶ πολυσύνθετον κατὰ τὰς διαφορὰς τῶν ἐν τοῖς ὀνόμασι σημαυνομένων, τὸ ποικίλον ἐνδεικνυμένην. Οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ λέοντος σημασία, οὐδὲ θύρας τε καὶ δαμάλεως, οὐδὲ ἀξίνης καὶ ὕδατος, ἀλλ' ἐκάστου τῶν ὀνομάτων ἕβδον ἔστιν ὁρισμὸν ἀποδοῦναι, κατ' οὐδὲν ἐπικοινωνοῦντα τοῖς ἄλλοις. Οὐκοῦν φύσιν μὲν οὐ σημαίνουσιν· ἄκυρον δὲ τις καὶ ἀσήμαντον εἶπειν τὴν κλήσιν τῶν ὀνομάτων, οὐκ ἂν τολμήσειεν. Εἰ τοίνυν λέγεται μὲν, οὐ κατὰ φύσιν δὲ, πᾶν δὲ τὸ παρὰ τῆς Γραφῆς λεγόμενον κύριον πάντως ἔστι καὶ προσφωῶς ἐπιλέγεται, τίς ἕτερος ὑπολείπεται λόγος τοῦ ἀρμολόγως τῷ Μονογενεῖ Θεῷ τὰς τοιαύτας τετάχθαι φωνάς, πλὴν τοῦ κατ' ἐπίνοιαν τρόπου; Δῆλον γὰρ ὅτι πρὸς τὸ ποικίλον τῶν ἐνεργειῶν κατὰ διαφορὰς σημασίας ὀνοματοποιεῖται τὸ θεῖον, ὅπως ἂν νοήσωμεν οὕτως ὀνομαζόμενον. Τί οὖν λυμάλνεται τοῖς εὐσεβεστέροις ἡ τοῦ νοῦ ἡμῶν πρὸς τὴν κατανόησιν τῶν γινομένων ἐνεργεία, ἣν ἡμεῖς μὲν ἐπίνοιαν λέγομεν. Εἰ δὲ τις ἕτερόν τι καλεῖν ἐθέλοι, οὐ διοισόμεθα. Ἄλλ' οὐ μεθήσει, καθάπερ οἱ δεινοὶ τῶν ἀγωνιστῶν, τὴν ἀφυκτον ταύτην καθ' ἡμῶν λαβὴν, καὶ φησιν οὕτως κατὰ λέξιν, ὅτι *Ταῦτα δι' ἐπίνοιας ἀνθρωπίνης ἐστὶ τὰ ὀνόματα, καὶ κατ' ἐπίνοιαν λέγεται τινῶν, ἃ οὐδεὶς ἀποστόλων οὕτε τῶν εὐαγγελιστῶν ἐδίδαξε*. Καὶ μετὰ τὴν ἀμαχον ταύτην ἐπιχειρήσιν, ἐπιφέρει τὴν ἱερὰν ἐκείνην φωνήν, τῇ πεπαιδευμένη τὰ τοιαῦτα φωνῇ τὴν δυσώδη πάλιν καθ' ἡμῶν λοιδορίαν ἐκπτύων. Τοιγάρτοι φησὶ τὴν ἐξ ἀναλογίας ὁμωνυμίαν προφέρειν εἰς ἀνθρωπίνην ἐπίνοιαν, ψυχῆς ἔργον τὸν μὲν ἐβρώμενον νοῦν κατὰ δίκην παρηρημένης, ἀβρώστῳ δὲ διανοίᾳ καὶ πεφωρημένῃ τινὶ συνηθείᾳ τοῦ τοῦ Κυρίου λόγους ἐπισκοπούσης. Βαβαὶ τῆς διαλεκτικῆς ἀποδείξεως, ὡς τεχνικῶς ὁ λόγος αὐτῷ πρὸς τὸν σκοπὸν συμπεραίνεται; Τίς ἂν ἔτι συσταίῃ τῷ κατ' ἐπίνοιαν λόγῳ; Τοσαύτης ὁσμῆς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ τοῖς ἐπιχειροῦσι τι λέγειν προχοομένης; Ἄρ' οὖν ἀφεκτέον καὶ ἡμῖν διὰ τοῦτο τοῖς ἐπιχειροῦσι τι λέγειν τῆς πρὸς αὐτὸν τοῦ λόγου συνεξετάσεις, ὡς ἂν μὴ καθ' ἡμῶν τὴν ἀμάραν ταύτην τῆς λοιδορίας ὑποκινήσειεν, ἣ μικροψύχων ἐστὶ τὸ πρὸς τὰς νηπιώδεις παραφροσύνας ἀντιτραχύνεσθαι. Οὐκοῦν τυγχωρητέον τῷ ὑβριστῇ κεχρησθαι πρὸς τὸ δοκοῦν τῷ τρόπῳ. Ἐπαναληπτέον δὲ τὸν ἐκεῖνον λόγον, ὡς ἂν κάκειθεν γένοιτο συμμαχία πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

deliria contra exasperari. Ergo contumelioso convitiatori concedendum est, pro libidine uti suo modo. Resumendus est autem illius sermo, ut etiam illinc veritati feratur auxilium.

Ἄναλογίας ἐμνήσθη, καὶ τὴν ἐκ ταύτης ὁμωνυμίαν ἐνόησε. Πόθεν ταῦτα μαθῶν, καὶ παρὰ τίνος τὰ ῥήματα; Μωϋσῆς οὐκ εἶπε, προφητῶν καὶ ἀποστόλων οὐκ ἤκουσεν, εὐαγγελιστῶν τὰς τοιαύτας φωνάς σεσιγήκασιν, οὐδεμιᾶς ἔστι Γραφῆς ταῦτα διδασκούσης μαθεῖν. Πόθεν οὖν αὐτῷ τὸ οὕτως εἶπειν; Ἄρ' οὐχὶ τῆς τοῦ εἰπόντος διανοίας εὐρημα, ὁ τοιοῦτος λόγος ἐστὶν, ὁ τὴν ποιὰν τοῦ νοήματος σημασίαν ἀναλογίαν προσαγορεύων. Πῶς οὖν οὐ συνήσιν οἷς πολέμει, τούτοις συμμαχοῖς πρὸς τὸν πόλεμον χρώμενος; Πόλεμει δὲ κατ' ἐπίνοιαν λόγῳ αὐτῶς, διὰ

formem quamdam divinam naturam, multiplicemque secundum differentias significatorum quæ sunt in his nominibus quod varium est demonstrabilem. Non enim eadem panis et leonis significantia, neque ostii et vitulæ, neque ascie et aquæ, sed cuiusque nominis propria definitio reddenda est, quæ nulla in re aliis convenire possit. Ergo naturam quidem non significant, impropriam autem et nihil significantem nominum appellationem dicere non ausus fuerit. Si itaque dicuntur quidem, non autem secundum naturam, quidquid autem a Scriptura dicitur, proprium est omnino et naturæ convenienter dicitur: quænam igitur alia relinquatur ratio cur ejusmodi voces Deo Unigenito congruenter attributæ sint, præter modum qui dicitur secundum commentationem? Perspicuum enim est quod pro varietate operationum secundum differentes significantias Deus nominatur, ut intelligamus eum sic nominatum. Quid igitur piis mentibus nocet nostri intellectus operatio ad cognitionem eorum quæ sunt, quam nos quidem ἐπίνοιαν dicimus, id est commentationem? Quod si quis aliter velit vocare, non refragabimur. Sed non remittit, quemadmodum vehementer certatores ineluctabilem hanc contra nos ansam et prehensionem et dicit sic ad verbum, quod *Hæc per commentationem humana sunt nomina et per commentationem quorundam dicuntur, quæ nullus apostolorum neque evangelistarum docuit*. Et post hanc inexpugnabilem aggressionem, sacram illam infert vocem, erudita ad hæc voce fetidum contra nos convitium expuens. Nam, inquit, homonymiam ex aliqua analogia desumptam in medium proferre ad stabiliendam humanam hanc commentationem, animi opus est, mente quidem valida in judicio spoliati, infirma vero intelligentia et deprehensa quadam consuetudine Domini sermones explorantis. Papæ! quænam hæc dialectica demonstratio? sicine artificiose ei ratio ad scopum concluditur? Quisnam amplius probare voluerit sermonem commentationis, tam gravi odore ex ore ejus in eos qui aliquid dicere aggrediuntur, profuente? Quin etiam nobis propterea aliquid dicere aggredientibus, abstinendum est ab examinando et discutiendo ejus sermone, ne contra nos cloacam convitii commoveat, vel ne pusilli animi esse videatur ad puerilia

Analogiæ meminit, et ex ea homonymiam, sive nominis communionem novit. Unde didicit et a quo verba hæc? Moses non dixit, prophetas et apostolos his vocibus utentes non audivit, evangelistæ tales voces silentio involvunt, neque ex ulla Scriptura hæc docente licet percipere. Unde igitur accidit ei sic dicere? An non inventum intelligentiæ ejus qui eum protulit, talis est sermo, qui talem quamdam notionis significantiam analogiam appellat. Quomodo igitur non intelligit quos oppugnat his auxiliatoribus ad bellum uti? Bellum autem gerit ipso

contra sermonem, qui est secundum commentationem, per sermones qui sunt commentationis, non oportere per commentationem aliquid dicendum astruit. Sed nullus, inquit, sanctorum hoc docuit. Tu vero in quem veterum referre potes ἀγεννησίας vocem, et quod tale nomen de Dei essentia prædicatur, imo vero ipsum ingenitum est essentia? An tibi quidem licet, in quibus aliquid impium concludendum est, placentes voces innovare et excogitare? si autem aliquid ad impietatis eversionem ab alio dicatur, contradicenti hanc potestatem auferre, sævæ tyrannidis reus deprehensus fueris, si hanc tibi ipsi potestatem vindices, ut quæ in aliis prohibes, hæc facere soli tibi licere existimes, et quæ ipse pro licentia audes, ab his alios acere. Quasi per edictum abrogas hæc per excogitationem dici de Christo nomina, quia nullus sanctorum oportere sic dici edixerit. Quomodo igitur per ingeniti vocem velut legem promulgas de verborum rectitudine, ut ea sola proferrantur quæ a Deo inspiratus sermo Scripturæ exposuerit? Ex tuis igitur scriptis ingeniti nomen delendum est, quia nullus sanctorum vocem hanc auctoritate sua probavit: sed propter intellectum qui huic vocabulo subest, dictionem approbas. Nos simili modo propter sensum in ea inclusum, vocem hanc ἐπινοίας, id est commentationis admisimus, vel duo ex usu eximemus, vel neutrum horum, quia, si fiat, per utraque vincemus. Nam si penitus dictione ἀγεννησίας silentio obruatur, omnis adversariorum contra veritatem vox extincta est. Atque Unigenito Deo gloria ab omnibus effulgebit, quia nullum erit nomen ex contraria oppositione, quod Domini majestatem imminuat. Si ambo maneant, et sic nobiscum vincet veritas, ad ἐπινοίαν, id est, commentationem, ex essentia translato ἀγεννησίας nomine. Sed quoad ex suis scriptis ingeniti vocem non eximit, seipsum abhortetur qui nos lacessit Pharisæus, ne prius ad nostram festucam perspicat, quam trabem sibi incumbentem et molestam ex oculis ejiciat⁴⁵. Sed Deus, inquit, et infirmissimis eorum quæ in terra existunt, pretiosissima tribuit nomina, non dignitatum æqualitatem impertitus, et principalissimis vilissima, non tamen ex nominibus collata naturali vilitate. Hæc ad verbum dicta sunt, sicut ab ipsis, sic a nobis descripta sunt. Si aliquam in profundo abstrusam habet intelligentiam quæ nos fugiat, dicant qui comprehenderunt ea quæ longius absunt a nostro conspectu, qui initiati sunt et edocti intimam istam, et ineffabilem initiationem. Quod si nihil amplius his quæ in promptu intelliguntur interpretantur, haud scio utros aliter miserabiliores reputaverim, an eos qui talia dicunt, an eos qui aures talibus præbent. Infirmissimis, ait, terrestrium pretiosissima tribuit nomina, non simul dignitatum æqualitatem largitus.

⁴⁵ Matth. vii, 5. sqq.

Α τῶν τῆς ἐπινοίας λόγων . τὸ μὴ δεῖν κατ' ἐπινοίαν τι λέγειν κατασκευάζων . Ἄλλ' οὐδεὶς , φησὶ , τοῦτο τῶν ἁγίων ἐδίδαξεν . Σὺ δὲ εἰς τίνα τῶν ἀρχαίων ἀναφέρεις ἔχεις τὴν τῆς ἀγεννησίας φωνήν . καὶ ὅτι αὐτῆς κατηγορεῖται τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ τῆς οὐσίας , μᾶλλον δὲ αὐτὸ ἐστὶν ἀγέννητον ἡ οὐσία ; Ἡ σοὶ μὲν ἔστιν ἐν οἷς ἂν μέλλῃ τι τῶν ἀσεδῶν συμπεραίνεσθαι , καινοτομεῖν τε καὶ παρευρίσκειν τὰς ἀρεσκούσας φωνάς ; εἰ δὲ τι πρὸς τὴν τῆς ἀσεβείας καθαιρέσιν παρ' ἐτέρου λέγοιτο , παραιρέσθαι τῆς ἐξουσίας τὸν ἀντιλέγοντα , μεγάλης τ' ἂν εἴης τυραννίδος ἐπιλημμένος , εἰ ταύτην σεαυτῷ τὴν ἐξουσίαν κρατύνειας , ὡς ἄπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων κωλύεις , σοὶ ταῦτα ποιεῖν ἐξείναι μόνῳ , καὶ ἄπερ αὐτὸς κατ' ἐξουσίαν τολμᾷς , τούτων ἀπείργειν τοὺς ἄλλους . Διὰ προστάγματος ἀθετεῖς τὸ κατ' ἐπινοίαν λέγεσθαι ταῦτα τῷ Χριστῷ τὰ ὀνόματα , ὅτι μηδεὶς τῶν ἁγίων τὸ δεῖν οὕτω λέγεσθαι διατάξαιτο . Πῶς οὖν τῇ τοῦ ἀγεννήτου φωνῇ νομοθετεῖς τῶν βημάτων ὀρθότητος , τὸ μόνον ἐκεῖνα φεθέγγεσθαι ἄπερ ἂν ὁ θεόπνευστος λόγος τῆς Γραφῆς ὑφηγήσεται ; Ἐξαλειπτέον ἂν εἴη τῶν συγγραμμάτων σου , τὸ ἀγέννητον ὄνομα , μηδενὸς τῶν ἁγίων τὴν φωνὴν ταύτην θεσμοθετήσαντος ; ἀλλὰ διὰ τὸν ἐγκείμενον τῷ προσήματι τοῦτον νοῦν παραδέχῃ τὴν λέξιν . Καὶ ἡμεῖς ὡσαύτως διὰ τὴν ἐγκειμένην ἔννοιαν , τὴν φωνὴν τῆς ἐπινοίας παρεδεξάμεθα . Οὐκ οὖν ἡ τὰ δύο τῆς χρήσεως ἐξαιρήσομεν , ἢ οὐθ' ἕτερον ὅτι δ' ἂν γένηται τούτων , δι' ἑκατέρων νικησομεν . Σιωπηθεῖσιν μὲν γὰρ καθόλου τῆς ἀγεννησίας , πᾶσα συγκατεσθέσθη τῶν ἐναντίων ἢ κατὰ τῆς ἀληθείας φωνῆ , καὶ πρόπουσα τῷ Μονογενεῖ Θεῷ δόξα παρὰ πάντων ἐκλάμψει , μηδενὸς ὄντος ὀνόματος τοῦ ἐξ ἀντιδιαίρεσεως τὸ μεγαλεῖον τοῦ Κυρίου κατασχυρόντος . Εἰ δὲ μένοι ἀμφοτέρω , καὶ οὕτως ἐπικρατήσῃ μεθ' ἡμῶν ἡ ἀληθεῖα , εἰς τὴν ἐπινοίαν ἐκ τῆς οὐσίας μετατεθέντος τοῦ τῆς ἀγεννησίας ὀνόματος . Ἄλλ' ἕως οὐκ ἐξαρεῖ τῶν ἰδίων λόγων τὴν τοῦ ἀγεννήτου φωνήν , νουθετησάτω ἑαυτὸν καθ' ἡμᾶς Φαρισαῖος , μὴ πρότερον πρὸς τὸ ἡμέτερον διαδύλεπει κάρφος , πρὸς τὴν ἐγκειμένην αὐτῷ δοκὸν ἀποβαλεῖν τῶν ὀμμάτων . Ἄλλ' ὁ Θεός , φησὶ , καὶ τοῖς ἀσθενεστάτοις τῶν περὶ γῆν τιμιωτάτων μεταδέδωκεν ὀνομάτων , μὴ συµμεταδούς τῆς τῶν ἀξιωματῶν ἰσομοιρίας , καὶ τοῖς κυριωτάτοις , τῶν εὐτελεστάτων , μὴ συµφερομένης ὑπὸ τῶν ὀνομάτων τῆς φυσικῆς εὐτελείας . Ταῦτα κατ' αὐτὴν εἴρηται τὴν λέξιν , οὕτω παρ' αὐτῶν ὡς παρ' ἡμῶν ἀναγέγραπται . Εἰ μὲν τίνα κατὰ τὸ βάθος ἐγκεκρυμμένην ἔχει διάνοιαν τὴν ἡμᾶς διαφεύγουσαν , λεγέτωσαν οἱ κατεληφότες τὰ πόρρω τῆς ἡμετέρας ἐπόψεως , οἱ μεμυημένοι παρ' αὐτοῦ τὴν ἐσωτερικὴν τε καὶ ἀπόρρητον μύησιν . Εἰ δὲ πλέον οὐδὲν τῶν ἐκ τοῦ προχείρου νοουμένων διερμηνεύουσιν , οὐκ οἶδα ποτέρους ἂν τις ἐλεεινοτέρους τῶν ἐτέρων λογιῶται , τοὺς τὰ τριαῦτα λέγοντας , ἢ τοὺς τὰς ἀκοὰς τοῖς τοιοῦτοις ὑπέχοντας . Τοῖς ἀσθενεστάτοις , φησὶ , τῶν περὶ γῆν , τῶν τιμιωτάτων μεταδέδωκεν ὀνομάτων , μὴ μεταδούς τῆς τῶν ἀξιωματῶν ἰσομοιρίας .

Ὀυκοῦν σκοπήσωμεν τὴν τῶν εἰρημένων διάνοιαν· Ἄ τὰ ἀσθενέστατα, φησὶ, ψιλῆς ἀξιοῦνται τῆς τῶν τιμῶν προσηγορίας, οὐκ ὄντα τὴν φύσιν ἄπερ κατονομάζεται. Καὶ τοῦτο ἔργον εἶναι λέγει Θεοῦ, τὸ διαφεύδουσα τῇ τιμιωτέρᾳ κλήσει τὴν χειρόνα φύσιν, καὶ τὸ ἐμπαλιν τὰς ἀτιμωτέρας φωνὰς τοῖς κατὰ φύσιν προέχουσι τὸν θεὸν ἐφαρμόζειν λέγει, μὴ συμμετατιθεμένης τῇ κλήσει τῆς φύσεως. Ὡς δ' ἂν μάλιστα καταφανὲς ἡμῖν τὸ λεγόμενον γένοιτο, ἐπ' αὐτῶν δειχθήσεται τῶν πραγμάτων ἡ ἀτοπία. Εἰ τις τὸν διὰ πάσης ἀρετῆς εὐδόκιμον, ἀκόλαστον λέγοι· ἢ ἀναστρέψας, τὸν ἴση κακία διαδεδημένον, ἀγαθὸν εἴποι καὶ κόσμιον· ἄρα σωφρονεῖν ὁ τοιοῦτος, ἢ τινα τῆς ἀληθείας ἔχειν φροντίδα παρὰ τοῖς νοῦν ἔχουσι νομισθήσεται, ἐνηλλαγμένης πρὸς τοῦναντίον τὰς προσηγορίας ποιούμενος, μὴ συμμαρτυρούσης τῇ σημασίᾳ τῶν ὀνομάτων τῆς φύσεως; Ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι. Ταῦτα τοῖνον περὶ τοῦ Θεοῦ γίνεσθαι φησὶν οὕτως, ἃ οὕτε ταῖς κοιναῖς τῶν ἐνοσιῶν, οὕτε ταῖς γραφικαῖς μαρτυρίαῖς συμβαίνει. Ἐν μὲν γὰρ τῇ κατὰ τὸν βίον ἡμῶν συνηθείᾳ, μόνων τῶν ἐκ μέθης ἢ φρενιτιδος παραπαίωντων ἐστὶ, τὸ διαπλανᾶσθαι πρὸς τὰ ὀνόματα, καὶ μὴ κατὰ τὸ σημαίνοντα ταῖς ἐπὶ τῶν πραγμάτων κεχρησθαι φωναῖς, ἀλλὰ κῦνα μὲν λέγειν, ἂν οὕτως ἔχη, τὸν ἀνθρώπον· κυνὶ δὲ πάλιν ἐφαρμόζειν ἀνθρώπου προσηγορίαν. Ἡ δὲ θέλα Γραφή τοιοῦτον ἀπέχει τοῦ τῇ συγγύσει ταύτῃ συνείθεσθαι, ὥστε καὶ φανερώς ἐστὶ τῆς προφητείας ἐπὶ τούτοις σχετλιαζούσης ἀκούειν. Οὐαὶ ὁ λέγων, φησὶ, τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς, ὁ τιθεὶς τὸ πικρὸν γλυκὺν, καὶ τὸ γλυκὺν πικρὸν. Πρὸς τὶ τοῖνον βλέπων τὴν ἀτοπίαν ταύτην προσμαρτυρεῖν οἴεται δεῖν τῷ ἰδίῳ Θεῷ; Εἰπάτωσαν οἱ μυσταγωγῆθεντες παρ' αὐτῷ τὰ ἀπόρρητα, τί τῶν περὶ γῆν ἀσθενέστατον κρίνουσιν, ὃ ταῖς τιμιωτάταις τῶν ἐπωνυμιῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ σεμνύνεται. Ἀσθενέστατα τῶν ὄντων τὰ τοιαῦτα τῶν ζῶων ἐστὶν, οἷς ἡ γένεσις ἀπὸ σήψεως ὑγρῶν τὴν σύστασιν ἔχει. Τιμιώτατα δὲ τῶν ὄντων ἀρετῆ τε καὶ ἀγιότης, καὶ εἰ τι φίλον τῷ Θεῷ. Ἄρ' οὐν μυῖαι, καὶ κνίπες, καὶ βάρταχοι, καὶ οἷς ἐκ κόπρου ἡ γένεσις, ταῦτα τῇ τοῦ ἀγίου, καὶ τῇ τῆς ἀρετῆς ἐπωνυμίᾳ τετίμηται, ὥστε σεμνύνεσθαι μὲν τοῖς τιμίοις τῶν ὀνομάτων, μὴ συμμετέχειν δὲ τῆς τῶν ἀξιομάτων ἰσομοιρίας, καθὼς φησὶν ὁ Εὐνόμιος. Ἄλλ' οὐπω τὸ τοιοῦτον ἠκούσαμεν, ὅτι τὰ ἀσθενῆ ταῦτα ταῖς μεγαλοφουσετέρας τῶν προσηγοριῶν κατωνόμασται, ἢ ὅτι τὸ μέγα τῇ φύσει καὶ τίμιον, τῇ ἐνὸς τούτων καθυδρίσθαι προσηγορίᾳ. Δίκαιος ἦν ὁ Νῶε, φησὶν ἡ Γραφή, πιστὸς Ἄβραάμ, καὶ πραῖς Μωϋσῆς, καὶ σοφὸς Δανιήλ, καὶ σώφρων ὁ Ἰωσήφ, καὶ ἀμεμπτος Ἰώβ, καὶ μακροθυμίαν κτωρθωκῶς ὁ Δαβὶδ. Εἰπάτωσαν τοῖνον, εἰ πη τούτων ἕκαστος ἐκ τῶν ἐναντίων τὰς ἐπωνυμίας ἔσχεν, ἢ καὶ ἐπὶ τῶν πρὸς τὸ χειρόν μαρτυρουμένων, οἷον Νάβαλ ὁ Καρμηλῆς, καὶ Φαραὼ ὁ Αἰγύπτιος, καὶ Ἄβιμέλεχ ὁ ἀλλόφυλος, καὶ πάντες οἱ ἐπὶ κακίᾳ μνημονεύμενοι, εἰ ταῖς δεξιωτέρας τῶν ἐπωνυμιῶν

 vitæ donum, ita ut nihil inde augustum ac magnum
 de natura donantis reveletur, quomodo non consi-
 derant rei consequentiam, nempe quod eadem rati-
 ocinatio coget de Unigenito quoque et de ipso
 Patre nihil magnum, ob ipsam vitam censere, quam
 per Spiritum habemus a Patre, mediatore Filio,
 suppeditatam?

αὐτῆς ζωῆς, ἣν διὰ τοῦ Πνεύματος ἔχομεν, διὰ τοῦ

20. Quamobrem si forte exiguum æstimant
 donum hi vitæ suæ contemptores et hostes, ideo-
 que datorem gratiæ hujus dehonestandum judi-
 cant, nolim nesciant se haud adversus unam per-
 sonam esse ingratos, sed blasphemiam suam per
 sanctum Spiritum ad sanctam Trinitatem exten-
 dere. Sicut enim gratia indivise a Patre per Filium
 ac Spiritum decurrens fertur, sic etiam blasphemia
 retrogrado velut cursu revoluta, a Filio ad uni-
 versalem Deum pergit. Nam si causa hominis im-
 probati, is qui misit improbatur, tantum licet in-
 tervallum sit inter hominem illum atque mitten-
 tem, quis dicat quanta damnatio portendatur iis
 qui adversus Spiritum audent? De tali fortasse
 blasphemia inveniabile illud decernitur a legislatore
 judicium ¹⁷: quandoquidem tota per Spiritum beata
 ac divina natura, voluntate blasphemantis, simul
 injuria afficitur. Nam sicut qui pie Spiritum recepit,
 cognoscit in ipso Spiritu gloriam Unigeniti; Filium
 autem noscens, imaginem noscit infiniti, et per

¹⁴ Joan. vi, 64. ¹⁵ Joan. v, 21. ¹⁶ I Tim. vi, 13. ¹⁷ Matth. xii, 32.

(13) Cod. κατά.

imaginem menti suæ archetypum imprimit, ita scilicet etiam hic maledicus atque contemtor, cum audet aliquid adversus Spiritus majestatem, consequenter ad Patrem usque, intermedio Filio, blasphemiam intendit. Quamobrem paveant, si certe sapiunt, ne quid hujusmodi temere audeant; cujus rei finis erit omnimoda audentis perniciēs, sed pro viribus potius extollant verbis suis Spiritum, imo et ante verba, mente eum subliment: neque enim fieri potest, ut nonnisi cum verbis mens extollatur. Cumque in summum humanarum virium cacumen conscenderis, id est quatenus mens humana intellectum suum in sublimes magnosque conceptus dilatare potest, tunc putate inferiorem esse illa eximia dignitate, prout dicitur in psalmodia, nempe postquam exaltaveritis Deum nostrum, tunc demum vix adorabitis scabellum pedum ejus¹⁶. Causa vero cur ejus dignitas sit incomparabilis, nulla est alia nisi quia sanctus est.

21. Si ergo quilibet humanarum virtum cumulus humilior est adorati majestate (id enim Scriptura significat per pedum scabellum), quæ dementia est existimantium tantas se habere vires, ut arbitrato suo possint inæstimabili naturæ congruum honorem decernere? Proptereaque nonnullis etiam honoris significationibus Spiritum sanctum indignum judicare, quasi ipsorum vires plus valeant, quam Spiritus sancti dignitas capit. O miserandam istorum infelicemque insaniam: non intelligentium quinam ipsi sint qui talia obloquuntur, et quinam Spiritus sanctus cui se ob superbiam contendunt! Quis dicat his populis quod homines sunt spiritus transiens et non rediens, in matris vulva impuro conceptu compacti, cunctique in putrem terram dissolvendi, feno comparabilem vitam sortiti qui brevi tempore in mundano errore florentes rursus arescunt, flosque eorum defluens evanescit, qui neque aliquid ante generationem fuerunt, nec quem ad locum hinc sint migraturi certo sciunt, quia nempe anima futuram sedem suam, quandiu in corpore manet, ignorat? Hæc videlicet hominum conditio est.

22. Spiritus vero sanctus, primo quidem quod ad naturæ sanctitatem attinet, tantumdem est ac Pater suapte natura sanctus, pariterque Unigenitus. Itemque Spiritus sanctus æque vivificans est, incorruptibilis, immutabilis, æternus, justus, sapiens, rectus, dirigens, bonus, potens, bonorum omnium dator, ubique existens, singulis præsens, tellurem complens, in cælo permanens, in supernis virtutibus diffusus, cuncta implens pro cujusque capacitate, et ipse tamen plenus manens, cum omnibus sanctis versans, neque tamen a sancta Trinitate sejunctus. Is Dei profunda semper scrutatur, semper a Filio accipit, mittitur et non separatur, glorificatur

¹⁶ Psal. xcviij, 5.

(13) Sic hiat cod.

Α Μονογενοῦς τὴν δόξαν, τὸν δὲ Υἱὸν ἴδων τὴν εἰκόνα εἶδε τοῦ ἀορίστου, καὶ διὰ τῆς εἰκόνης ἐνετυπώσατο τῇ γνώσει ἑαυτοῦ τὸ ἀρχέτυπον, οὕτω δηλαδὴ καὶ ὁ κατὰ (13)... μένος καὶ καταφρονητής, ἐπειδὴν ἀποθρασύνεται τι κατὰ τῆς δόξης τοῦ Πνεύματος, διὰ τῆς αὐτῆς ἀκολουθίας ἐπὶ τὸν Πατέρα διὰ τοῦ Υἱοῦ τὴν βλασφημίαν ἐξέτεινε. Οὐκοῦν φοβερότεον τοῖς γενοῦν ἔχουσι, μὴ κατατολμᾶν τῆς τοιαύτης θρασύτητος, ἧς τὸ πέρας παντελὴς ἐστὶν ἀφανισμὸς τοῦ τολμήσαντος· ἀλλ' ὅση δύναμις, ὑψοῦν μὲν τῷ λόγῳ τὸ Πνεῦμα, ὑψοῦν δὲ καὶ πρὸ τοῦ λόγου κατὰ διάνοιαν· οὐ γὰρ δυνατόν ἐστι συναναδῆναι τῇ διανοίᾳ τὸν λόγον. Καὶ ἐπειδὴν ἐπὶ τὸ ἀκρότατον φθάτης τῆς ἀνθρωπίνης δυνάμεως, εἰς ὅσον ὁ ἀνθρώπινος νοῦς ἐξικνεῖται ὑψὸς καὶ μέγεθος νοημάτων, τότε νόμιζε

Β κάτω εἶναι τῆς ἐπιβαλλούσης ἀξίας, κατὰ τὸ εἰρημέ-
νον ἐν τῇ ψαλμῳδίᾳ, ὅτι Μετὰ τὸ ὑψῶσαι Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, τότε μόγις προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ· τό τε αἶτιον τῆς ἀκαταλήπτου ἀξίας οὐδὲν ἄλλο φησὶν, ἢ ὅτι ἅγιός ἐστιν.

κα'. Εἰ οὖν πᾶν ὑψώμα δυνάμεως ἀνθρωπίνης κάτω τῆς μεγαλοπρεπειᾶς τοῦ προσκυνουμένου ἐστὶ (τοῦτο γὰρ ὁ λόγος διὰ τοῦ ὑποποδίου τῶν ποδῶν ὑπαινίσσεται), τίς ἡ ματαιότης τῶν οἰομένων ἔχειν τινὰ δύναμιν ἐν ἑαυτοῖς τοσαύτην, ὥστε ἐπ' αὐτοῖς εἶναι τὸ κατ' ἀξίαν τῆς τιμῆς ὀρίζειν τῇ ἀτιμῆτι φύσει, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ τινῶν τῶν εἰς τιμὴν ἐπινοουμένων ἀνάξιον κρίνειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς τῆς δυνάμεως αὐτῶν μείζονα δυνάμενης, ἢ ὅσον χωρεῖ ἡ ἀξία τοῦ Πνεύματος; Ἡ εἰς ἐλευθερίας αὐτῶν καὶ τολαίωρου παραπληξίας, τῶν μὴ συνιέντων αὐτοῖς τε τίνες εἰσὶν οἱ ταῦτα διαλεγόμενοι, καὶ τί τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ᾧ δι' ὑπερηφανίας ἑαυτοὺς ἀντεξάγουσι! Τίς εἴποι τοῖσδε λαοῖς ὅτι ἀνθρώποι εἰσι πνεῦμα πορευόμενοι καὶ οὐκ ἐπιστρέφον, ἐν μήτρᾳ γυναικὸς διὰ ῥυπαρᾶς συλλήψεως οἰκοδομοῦμενοι, καὶ εἰς γῆν ῥυπαρὰν πάντες ἀναλυόμενοι, χρότῳ προσεικασμένην τὴν ζωὴν λαχόντες, οἱ ἐπ' ὀλίγον διὰ τῆς βιωτικῆς ἀπάτης ἀνθήσαντες, πάλιν ἀποξηραίνονται, καὶ τὸ ἄθος περὶ αὐτοὺς καταβρῦθὲν ἀφανίζεται, οὕτε τί θνητος πρὸ τῆς γενέσεως, καὶ εἰς ὃ τι μεταχωρήσουσιν, οὐκ ἀκριδῶς ἐπιστάμενοι, τῆς ψυχῆς τὴν ἰδίαν λῆξιν, ἕως ἂν ἐπιμένη τῇ σαρκὶ, ἀγνοούσης; Ταῦτα οἱ ἀνθρώποι.

κβ'. Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πρῶτον μὲν ἀπὸ τῶν κατὰ φύσιν ἁγίων ἐκεῖνός ἐστιν ὅπερ ὁ Πατὴρ κατὰ φύσιν ἅγιος, καὶ ὁ Μονογενὴς ὡσαύτως. Οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ κατὰ τὸ ζωοποιὸν πάλιν, καὶ κατὰ τὸ ἀφθαρτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ αἰδίου, δίκαιον, σοφόν, εὐθέδες, ἡγεμονικόν, ἀγαθόν, δυνατόν, ἀγαθῶν πάντων παρεκτικόν, καὶ πρὸ γε ἀπάντων αὐτῆς τῆς ζωῆς· πανταχοῦ ὄν, καὶ ἐκάστῳ παρὼν, καὶ τὴν γῆν πληροῦν, καὶ ἐν οὐρανοῖς μένον, ἐν ταῖς ὑπερκοσμίοις δυνάμεσιν ἐκχεόμενον, πάντα πληροῦν κατὰ τὴν ἀξίαν ἐκάστου, καὶ αὐτὸς πλήρης μένον, μετὰ πάντων ὄν τῶν ἀξίων, καὶ τῆς ἁγίας Τριάδος οὐ χωρίζομενον. Ἄει τὰ βῆθη τοῦ Θεοῦ ἔρουνᾶ, ἀεὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνει, καὶ ἀπο-

στέλλεται καὶ οὐ χωρίζεται, καὶ δοξάζεται καὶ δόξαν ἔχει· ὁ γὰρ ἄλλω δόξαν δίδωσι, δῆλον ὅτι ἐν ὑπερβαλλούσῃ δόξῃ καταλαμβάνεται. Πῶς γὰρ δοξάζει τὸ δόξης ἄμοιρον; Ἐάν μὴ τι φῶς ἦ, πῶς τὴν τοῦ φωτὸς ἐπιδειξεται χάριν; Οὕτως οὐδὲ τὴν δοξαστικὴν δύναμιν ἐπιδειξεται, ὃ ἀν μὴ αὐτὸ ἡ δόξα καὶ τιμὴ καὶ μεγαλωσύνη καὶ μεγαλοπρέπεια. Δοξάζει οὖν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν τὸ Πνεῦμα. Ἄλλ' ὁ εἰπὼν ἀψευδὴς ἐστὶ, « Τοὺς δοξάζοντάς με δοξάζω »· « Ἐγώ σε ἐδόξασα, » φησὶ πρὸς τὸν Πατέρα ὁ Κύριος· καὶ πάλιν, « Δόξασόν με τῇ δόξῃ ἣ εἶχον ἀπ' ἀρχῆς παρὰ σοὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι. » Ἀποκρίνεται ἡ θεία φωνὴ· « Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω. » Ὁρᾷ τὴν ἐγκύκλιον τῆς δόξης διὰ τῶν ὁμοίων περιφορᾶν; Δοξάζεται ὁ Υἱὸς ὑπὸ τοῦ Πνεύματος· δοξάζεται ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατήρ· πάλιν τὴν δόξαν ἔχει παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, καὶ δόξα τοῦ Πνεύματος ὁ Μονογενὴς γίνεται· τινὲς γὰρ ἐνδοξασθήσεται ὁ Πατήρ, εἰ μὴ τῇ ἀληθινή τῷ Μονογενοῦς δόξῃ; Ἐν τινὲ δὲ πάλιν ὁ Υἱὸς δοξασθήσεται, εἰ μὴ ἐν τῇ μεγαλωσίῃ τοῦ Πνεύματος; οὕτω πάλιν καὶ ἀνακυκλούμενος ὁ λόγος τὸν Υἱὸν μὲν δοξάζει διὰ τοῦ Πνεύματος, διὰ δὲ τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα.

κγ'. Εἰ οὖν τοσαύτη τοῦ Πνεύματος ἡ μεγαλωσύνη, καὶ εἰ τι καλὸν, καὶ εἰ τι ἀγαθὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Μονογενοῦς, ἐν τῷ πάντα ἐν πᾶσιν ἐνεργοῦντι Πνεύματι τελειοῦται, τί ἐκπολεμοῦσιν ἑαυτοὺς τῇ ἰδίᾳ ζωῇ; Τί ἀπαλλοτριοῦνται τῆς τῶν σωζομένων ἐλπίδος; Τί ἀποκόπτουσιν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν προσκολληθείσης; Πῶς γὰρ τις προσκολληθήσεται τῷ Κυρίῳ, μὴ τοῦ Πνεύματος τὴν συνάφειαν ἡμῶν πρὸς αὐτὸν ἐνεργοῦντος; Τί ζυγομαχοῦσι πρὸς ἡμᾶς περὶ λατρείας καὶ προσκυνήσεως; Τί κατεριωνεύονται διὰ τοῦ τῆς λατρείας ὀνόματος κατὰ τῆς θείας τε καὶ ἀπροσδεοῦς φύσεως, ὥσπερ οὐχ ἑαυτοὺς εὐεργετοῦντες ἐν τοῖς ὑπὲρ σωτηρίας αἰτήμασι, ἀλλὰ τιμὴν τινα προσάγοντες ἐάν σωθῆναι θελήσωσι; Σὺν κέρδος ἐστὶ τοῦ αἰτουτοῦς ἡ δέησις, οὐχὶ τιμὴ τοῦ παρέχοντος. Τί οὖν ὡς χαριζόμενος πρόση' τῷ εὐεργέτῃ, μᾶλλον δὲ οὐδὲ εὐεργέτην τὸν τῶν ἀγαθῶν παρεκτικὸν ἀξιοῖς ὀνομάζειν; Ἄλλὰ τοῦ ζῆν ἀντεχόμενος τὸν ζωοποιὸν ἀτιμάζεις. Καὶ τὸν ἁγιασμὸν ζητῶν, παραλογίζῃ τὸν τὴν χάριν τοῦ ἁγιασμοῦ διανεμόντα καὶ τὸ δίδοναι τὰ ἀγαθὰ οὐκ ἀρνούμενος αὐτὸν ἔχειν τὴν δύναμιν, τοῦ αἰτεῖσθαι κρίνεις ἀνάξιον. Οὐδὲ τοῦτο λογιζόμενος, ὅσω μείζον ἐστὶ τὸ δοῦναι τι ἀγαθὸν, τοῦ αἰτηθῆναι. Τῷ μὲν γὰρ αἰτηθέντι, οὐ πάντως προσμαρτυρεῖ τὸ μεγαλεῖον ἢ αἰτησις· δυνατὸν γὰρ ἐστὶν αἰτηθῆναι τι καὶ τὸν μὴ ἔχοντα. Ἐπὶ γὰρ τῇ προαιρέσει τοῦ αἰτουτοῦς ἐστὶ· ὁ δὲ παρασχὼν τι ἀγαθὸν, ἀναμφίβολον τῆς προσούσης αὐτῷ δυνάμεως πεποιήται τὴν ἐπίδειξιν. Τί οὖν, τὸ μείζον αὐτῷ προσμαρτυρῶν, λέγω δὲ τὸ δύνασθαι δοῦναι πᾶν ὃ τι καλὸν, ὡς μεγάλου τινὸς ἀποστερεῖς τῆς αἰτήσεως, καίτοι τοῦτο πολλάκις, καθὼς εἴρηται, καὶ ἐπὶ τῶν οὐδενὸς κυρίων δι' ἀπάτης τοῦ προσιόντος γίνεται. Αἰτοῦσι καὶ πρὸς τῶν εἰδῶλων οἱ

A et tamen jam gloriam apud se habebat; nam qui alteri gloriam confert, exploratum est eum in pleniore gloria versari. Quomodo enim glorificaret qui gloria est expers? Nisi ipse lux sit, quomodo lucis gratiam ostendet? Itane glorificam quidem virtutem præ se feret, nisi qui per se ipse sit gloria et honor, magnificentia atque majestas. Glorificat itaque Patrem ac Filium Spiritus. Porro ille non mentitur qui dixit: « Ego glorificantes me glorificabo¹⁹. » « Ego te glorificavi, » ait Patri Dominus²⁰; et rursus, « Glorifica me gloria, quam habui ab initio apud te, antequam mundus fieret. » Respondet divina vox: « Et glorificavi, et iterum glorificabo. » Viden' encyclicum glorificationis inter pares gyrum? Glorificatur a Spiritu Filius; glorificatur a Filio Pater; vicissim gloriam accipit a Patre Filius, et gloria Spiritus Unigenitus sit: nam quamvis alia glorificabitur Pater, nisi vera Unigeniti gloria? Rursus quamvis re alia glorificabitur Filius, nisi a Spiritu magnificentia? Ita pariter in gyrum pergens oratio nostra Filium quidem honorat per Spiritum, per Filium vero Patrem.

23. Si ergo tanta est Spiritus majestas, et si quidquid pulchri bonique est, a Deo per Filium, in Spiritu qui omnia in omnibus operatur, perditur; cur sibi infensam reddunt propriam vitam? Cur a se alienant servandorum spem? Cur sibi præcidunt conjunctionem cum Deo? Nam certe quomodo quisquam cum Domino conjungetur, nisi Spiritus eam copulam efficiat? Cur rixantur nobiscum de cultu et adoratione? Cur vocabulum derident cultus erga divinam nullaque re indignam naturam. Quasi vero non sibi magis benefaciant petendo salutem, si certe salvari volunt, sed honorem aliquem largiantur? Lucrum tuum est petentis oratio, non honor annuentis. Cur ergo quasi gratificans benefacienti astas, imo vero ne benefactorem quidem, eum qui bona præstat, appellare dignaris? Sed vitæ cupidus, nihilominus vivificantem spernis, et sanctificationem quærens, falsam geris de gratiæ distributore sententiam. Et cum bona largiendi facultatem ei non neges, tamen a quo postuletur, indignum judicas. Neque hoc re putas quanto majus sit dare aliquid bonum, quam ab aliquo id postulari. Etenim ei a quo poscitur, non testatur magnificentiam postulatio; fieri enim potest, ut poscatur aliquid ex eo qui non habet. Nam postulatio quidem pro arbitrio postulantis fit; qui vero bonum aliquid exhibet, indubiam facit hærentis sibi facultatis demonstrationem. Cur igitur, cum de sancto Spiritu id quod majus fatearis, nempe eum posse bonum aliquid suppeditare, cur, inquam, ceu magnum quid precum honorem denegas, quanquam hoc sæpenumero, ut dictum est, etiam erga nullius rei potentem errore supplicantis fit? Ecce enim petunt etiam ab idolis vanitatis fa-

¹⁹ 1 Reg. II, 30. ²⁰ Joan. XVII, 4 seq.

nulli, quæ sibi optant, neque tamen gloriam aliam quam idolis aspergit postulatio: adoratores autem errore decepti, expectationi consequendi quod sperant indulgentes, a postulando non cessant. Tu vero cum satis persuasum habeas quot quantumque munerum dator sit sanctus Spiritus, postulare negligis? Confugisque ad Mosaicam legem jubentem Dominum Deum adorare, et ei soli cultum exhibere²¹? Quomodo tamen ei soli cultum, quæso, exhibebis, dum eum scindis a sua cum Unigenito Spirituque proprio conjunctione? Profecto hic Judaicus cultus est.

24. Sed dices: Ego dum Patrem cogito, Filium simul hac appellatione complector. Atqui, oro te, dum Filium mente geris, nonne simul Spiritum sanctum comprehendis? Sane contradicere nequis. Quomodo enim Filium, nisi in Spiritu sancto consistebis? Quandonam igitur a Filio Spiritus sejungitur, ita ut adorato Patre, non simul fiat Filii ac Spiritus adoratio? Ipsam vero adorationem quidnam, oro, esse existimant, quam ut eximium quoddam munus supremo Deo largientes, atque ad ipsum usque Unigenitum, hunc quandoque honorem transferentes, Spiritui tamen id munus negant? Humana quidem consuetudo humi inclinationem, qua subditi potentioribus obsequuntur, adorationem appellat: sicut enim constat Jacobum patriarcham, ut fratris iram compesceret, imparitatem suam et humilitatem hoc habitu corporis, dum ei occurreret, demonstravisse. « Adoravit » enim, inquit Scriptura, pronus in terra²². « Fratres quoque Josephi, quoadiu ignorabant, illeque ignorantiam coram ipsis simulabat ob dignitatis suæ amplitudinem, adorationem potentatum ejus honoraverunt²³. Adoravit item magnus Abrahamus Chetæos terræ incolas advena²⁴, significans, ut puto, quantopere indigenæ inquilinis essent potentiores. Multa alia hujusmodi recitare liceret tum ex antiquis historiis, tum etiam ex præsentibus vitæ exemplis. Num igitur ita cessant et isti de adoratione? Quidni vero sit ridiculum, ne hoc quidem obsequio Spiritum sanctum dignari, quo etiam Chananæos patriarcha dignatus est? An vero aliam aliquam, præter hanc, adorationem esse existimant, ut altera quidem hominibus, altera vero supereminenti naturæ conveniens sit? Cur itaque omnino quamlibet adorationem Spiritui abjudicant, ne illam quidem quæ hominibus conceditur eidem largientes?

25. Quemnam vero judicant proprie Deo assignatum adorationis modum? Verbis prolatum, an corporis habitu factitatum? Sane uterque modus apud homines quoque frequentatur; nam et dicuntur inter homines verba, et corporum gestus sunt. Quid ergo apud Deum præstantius? Certe cuilibet sano homini constat, nullum habere hu-

τῆς ματαιότητος δούλοι τὰ κατὰ γνώμην αὐτοῖς, ἀλλ' οὐ περὶ τοῦτο δόξαν τινὰ προστίθῃσι τοῖς εἰδώλοις ἢ αἰτήσις· κάκεινοι δὲ δι' ἀπάτης αὐτοὺς παρέχοντες προσδοκίᾳ τοῦ μετασχεῖν τινὸς ὧν ἐλπίζουσιν, αἰτοῦντες οὐ διαλείπουσι. Σὺ δὲ πεπεισμένους ὄλων καὶ ὄσων παρεκτικὸν ἔστι: τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὑπερορᾶς τῆς αἰτήσεως, καὶ καταφεύγεις ἐπὶ τὸν νόμον τὸν κελεύοντα κύριον τὸν Θεὸν προσκυνεῖν, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύειν; Πῶς οὖν αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, εἰπέ μοι, ἀποσχίσας αὐτὸν τῆς πρὸς τὸν Μονογενῆ καὶ τὸ Πνεῦμα ἑαυτοῦ συναφείας; ἀλλ' αὕτη Ἰουδαϊκὴ ἢ προσκύνῃσις.

κθ. Ἄλλ' ἔρεις ὅτι, Πατέρα ἐνωῶν, καὶ τὸν Υἱὸν τῇ προσηγορίᾳ συμπεριέλαβον. Τὸν δὲ Υἱὸν, εἰπέ μοι, τῇ διανοίᾳ λαβὼν, ἄρ' οὐ συμπαρεδέξω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Οὐκ ἂν ἀντείποις. Πῶς γὰρ αὐτὸν ὁμολογήσεις, μὴ ἐν Πνεύματι ἀγίῳ; Πότε οὖν τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα χωρίζεται, ὥστε τοῦ Πατρὸς προσκυνουμένου, μὴ συμπεριλαμβάνασθαι μετὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος τὴν προσκύνῃσιν. Αὕτη δὲ τὴν προσκύνῃσιν τί ποτε εἶναι λογίζονται, ἢν ὡς ἐξαιρετόν τι γέρας τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ χαριζόμενοι, καὶ ἕως τοῦ Μονογενοῦς ἔσθ' ὅτε τὴν τιμὴν ταύτην διαδιδάζοντες, ἀπαξιούσι τὸ Πνεῦμα τοῦ τοιοῦτου γέρας; Ἡ μὲν γὰρ ἀνθρωπίνη συνήθεια τὴν πρὸς τὸ ἕδαφος τῶν ὑποχειρίων ἐπίκλισιν, ἢν ἀσπαζόμενοι τοὺς δυνατωτέρους ἐπιτηθεύουσι, τοῦτο προσαγορεύει προσκύνῃσιν· καθὼς φαίνεται καὶ ὁ Πατριάρχης Ἰακώβ τοῦ ἀδελφοῦ τὴν ὀργὴν ἰλεοῦμενος τὸ καταδεέστερον ὑπὸ ταπεινοφροσύνης, διὰ τοῦ τοιοῦτου σχήματος ἐν τῇ ὑπακότησει πρὸς αὐτὸν ἐπιδείκνυσθαι. « Προσεκύνῃσε » γάρ φησι, « τρίτον (14) ἐπὶ τὴν γῆν. » Καὶ οἱ τοῦ Ἰωσήφ ἀδελφοί, ἕως αὐτοῖς τε ἠγνοῦν, κάκεινος τὴν ἀγνωσiam πρὸς αὐτοὺς ὑπεκρίνετο, διὰ τὸ ὑπερέχον τοῦ ἀξιώματος, τῇ προσκύνῃσιν τὴν δυναστείαν ἐτίμησαν. Προσκυνεῖ δὲ ὁ μέγας Ἀβραάμ τοὺς Χετταίους, τοὺς ἐγχωρίους ὁ Ἐπῆλς, δεικνύς, αἶμαι, δι' ὧν ἐποίησε, ὄσων οἱ αὐτόχθονες τῶν παροικούντων ἐπικρατέστεροι. Καὶ πολλὰ τοιαῦτα λέγειν ἔστι ἐκ τε τῶν ἀρχαίων διηγημάτων, καὶ ἐκ τῶν παρόντων τοῦ βίου ὑποδειγμάτων. Ἄρ' οὖν τοῦτο νοοῦσι καὶ αὐτοὶ τὴν προσκύνῃσιν; Καὶ πῶς οὐ καταγέλαστον τὸ μήτε τούτου ὀφείσθαι δεῖν ἀξιοῦν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ καὶ τοὺς Χανααναίους ὁ Πατριάρχης ἤξισεν; Ἡ ἄλλην τινὰ παρὰ ταύτην νομίζουσι τὴν προσκύνῃσιν, ὡς τὴν μὲν ἀνθρώποις, τὴν δὲ τῇ ὑπερεχούσῃ φύσει προσήκουσαν; Πῶς οὖν καθόλου τὴν προσκύνῃσιν ἀθετοῦσιν ἐπὶ τοῦ Πνεύματος, μὴδὲ τὴν ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων συγκεχωρημένην αὐτῷ χαριζόμενοι;

κε'. Τίνα δὲ καὶ νομίζουσιν ἰδίως ἀποτετάχθαι τῷ Θεῷ προσκύνῃσεως τρόπον; Τὸ εἰπεῖν τῷ ῥήματι, ἢ τὸ ἐνεργῆσαι τῷ σχήματι; Ἡ ταῦτα μὲν καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἔστι κοινά· καὶ γὰρ λέγεται καὶ ἐπ' ἀνθρώπων τὰ ῥήματα, καὶ ἐνεργεῖται τὰ σχήματα. Τί οὖν ἐπὶ Θεοῦ τὸ ἐξαιρετόν; Ἡ παντὶ ὀφείλον τῷ καὶ ὁποσοῦν διανοίας μετέχοντι, ὅτι Θεῷ μὲν ἄξιον

²¹ Deut. vi, 13. ²² Gen. xxxiii, 3. ²³ Gen. xlii, 6. ²⁴ Gen. xxiii, 7.

(14) Vulgatus Latinus septies. Item Græcus et alii in polyglottis.

διῶρον ἢ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἔχει οὐδέν· τῶν γὰρ ἀγαθῶν ἡμῶν ὁ Ποιητὴς ἡμῶν χρεῖαν οὐκ ἔχει. Ἡμεῖς δὲ οἱ ἄνθρωποι τὰς τιμητικὰς ταύτας καὶ ἀγαπητικὰς ἐνδείξεις, ἅς ἐπ' ἀλλήλων ποιούμεθα, ἕτερον τοῦ ἑτέρου ταπεινότερον εἶναι τῆ ὁμολογίᾳ τῆς τοῦ πέλας ὑπεροχῆς ἐνδεικνύμενοι, ταύτας μετηγέχαμεν εἰς τὴν θεραπείαν τῆς κρείττονος φύσεως, τῶν ἐν ἡμῖν τὰ τίμια, τῆ ἀτιμῆτῳ φύσει δωροφοροῦντες. Καὶ διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ προσιόντες βασιλευσὶν ἢ δυνάσταις οἱ ἄνθρωποι, ὑπὲρ ὧν ἂν γενέσθαι τι αὐτοῖς παρὰ τῶν δυναστευόντων θελήσωσι, οὐ ψιλλὴν προσάγουσι τοῖς κρατοῦσι τὴν αἴτησιν, ἀλλ' ὡς ἂν μάλιστα πρὸς οἶκτον καὶ εὐνοίαν ἑαυτῶν ἐπαγάγοιντο, ταπεινοῦνται τῷ λόγῳ, καὶ προσκυνοῦσι τῷ σχήματι, καὶ γονάτων ἄπτονται, καὶ εἰς ἕδαφος πίπτουσι, καὶ διὰ πάντων οἰκτιζόμενοι συνήγορον τῆς αἰτήσεως ἑαυτῶν προβάλλονται, δι' ὧν ποιοῦσι τὸν ἐλ... Διὰ τοῦτο οἱ τὴν ἀληθῆ δυναστείαν ἐπεγνωκότες, δι' ἧς πάντα διοικεῖται τὰ ὄντα... τες ὑπὲρ ὧν ἂν ἦ φίλον αὐτοῖς. Οἱ μὲν ταπεινοὶ τὰς ψυχὰς περὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ... ζομένιον. Οἱ δὲ ὑψηλοὶ τὴν διάνοιαν περὶ τῶν αἰωνίων καὶ ἀπορρήτων ἐλπίδων, ἐπειδὴ οὐκ ἔχουσιν πῶς αἰτήσουσιν, οὐδὲ χωρεῖ ἡ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἐνδείξασθαι τινα τιμὴν πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν τῆς δόξης φθάνουσαν, μετήνεγκαν (15) τὴν ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων νομοσμένην θεραπείαν εἰς τὴν τοῦ θεοῦ τιμὴν. Καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ προσκύνησις, ἡ μετὰ ἰκεσίας καὶ ταπεινότητος τῶν καταθυμίων τινὸς αἴτησις γινόμενη. Διὸ καὶ Δανιὴλ κάμπτει τῷ Κυρίῳ τὰ γόνατα, ἐπὶ τοῦ αἰχμαλώτου λαοῦ τὴν φιλανθρωπίαν αἰτούμενος. Καὶ ὁ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν βαστάσας, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἐντυγχάνων, διὰ τοῦ ἀνθρώπου ὃν ἀνέλαβε προσπίπτειν ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἐν καιρῷ προσευχῆς ὑπὸ τοῦ Εὐαγγελίου ἱστόρηται, καὶ τούτῳ τῷ σχήματι τὴν εὐχὴν ἐποιεῖτο, νομοθετῶν, οἶμαι, τῆ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ, τὸ μὴ ἀπαυθαδιάζεσθαι ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῆς αἰτήσεως, ἀλλὰ διὰ πάντων πρὸς τὸ ἐλεεινὸν μετὰ ἀρμόζεσθαι, ἐπειδὴ « Κύριος ὑπερῆφάνους ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν » καὶ πάλιν, « Ὁ ὑψῶν ἐκυτὸν ταπεινωθήσεται. » Εἰ οὖν ἡ προσκύνησις οἷον ἰκετηρία τίς ἐστι, εἴτε συνηγορία προβεβλημένη τοῦ σκοποῦ τῆς αἰτήσεως, ἢ δὲ αἴτησις πρὸς τὸν τῆς δυνάμεως Κύριον γίνεται, τίς ἢ διάνοια τῆς καινῆς ταύτης νομοθεσίας; οὐδὲ... παρὰ τοῦ διδόντος αἰτεῖν, μήτε ὑποκύπτειν τῷ ἄρχοντι, μήτε θεραπεύειν τὸν δυναστεύοντα;...

A manam naturam quod digne Deo exhibeat donum : nam bonis nostris creator noster non eget. Nos autem homines honorificas has atque amicas demonstrationes, quas invicem facimus, dum humiliores alternatim nos constitemur proximique majorem esse gradum testamur, has ipsas, inquam, transferimus ad nobilioris naturæ obsequium, ea quæ sunt apud nos honoris signa, naturæ inæstimabili offerentes. Atque ideo, quoniam qui reges adeunt vel dynastas homines, si quid consequi ab his potentibus voluerint, haud nudas his offerunt preces, sed ut maxime ad misericordiam benivolentiamque commoveant, humili sermone utuntur, et proni adorant, et genua attingunt, et sternuntur humi, et omni re se miserabiles efficiunt, patrū precum suarum præ se ferunt, per ea quæ faciunt.... Propterea qui verum potentatum agnoscunt, a quo cuncta administrantur... quæ ipsis cordi fuerint. Hi qui sunt depresso animo circa ea quæ in hoc mundo... Qui vero excelsa mente sunt circa æternas reconditasque spes, quia nesciunt quomodo petant, neque valet humana natura ostendere, quinam sit honor ad magnificam majestatem perveniens, transtulerunt illud quod apud homines existimatur obsequium, ad Dei honorem. Atque hæc est adoratio, nempe cum supplicatione et humilitate rei alicujus optatæ postulatio. Ideo et Daniel flectit Deo genua, clementiam ejus pro captivo populo exorans²⁶. Et is qui nostras infirmitates portavit et pro nobis intercedit, in ea quam sumpsit humanitate, procidisse in faciem precum tempore ab Evangelio narratur, atque hoc corporis habitu orasse²⁷; regulam statuens, ut reor, humanæ vitæ, ne audacter nos geramus precum tempore, sed quaqueversus ad misericordiam commovendam componamur, quia « Dominus superbis resietit, humilibus autem dat gratiam²⁸; » et alibi, « Qui se exaltat, humiliabitur²⁹. » Si ergo adoratio ceu supplicatio quædam est sive auxilium exhibitum scopo precum, postulatio autem Domino potentæ fit, quinam sensus est novæ hujus legislationis, ut ne ab eo quidem qui dat petamus, neque ante principem procidamus, neque obsequium dynastæ exhibeamus ?...

²⁶ Dan. ix, 3. ²⁷ Matth. xxvi, 50. ²⁸ Jac. iv, 6; Psal. v, 5. ²⁹ Matth. xxiii, 12.

(15) Col. x8.

VARIORUM NOTÆ.

IN ORATIONEM CATECHETICAM.

FRONTONIS DUCÆI NOTÆ.

Catecheticum hunc Nyssem Gregorii librum Latinitate donavit erutum ex bibliotheca V. C. Joannis a Sancto Andrea canonici Parisiensis Ecclesie Petr. Morellus Turonensis ann. 1563, itemque Petr. Franc. Zinus et Gentianus Hervetus, nec tamen in recentiori Basiliensi editione ultima fuerat ad cætera nostri auctoris opera aggregatus, quod fortasse novæ protestantium doctrinæ adversaretur. Nam cum ab antiquissimo doctore Theodoro ac propemodum coævo ipsi Gregorio pluribus in locis *Dialogorum* adversus hæreticos citetur, quæ deinceps indicabimus, dubitandum minime fuit, quin tanquam verus ac genuinus ejus scetus magno esset in pretio habendus. Illam ergo nacti Petr. Morelli editionem, eam cum hac vulgata duobusque manuscriptis libris contulimus ac recensuimus, quorum alterum Dn. Jacob. Vulcobius, alterum Fed. Morellus Professor Regius utendum dederunt; mox etiam tertii codicis auctoritate, quem ex regia bibliotheca serius obtinimus, hujus illiusve lectionem confirmavimus. Cum illo priori conveniebat interpretatio Herveti pag. 9. *Fideli qui est secundum doctrinam sermone adducente aures incredulorum, τὴν ἀκοήν τῶν ἀπίστων*. Ita et Petr. Morellus, *quod fiet si ad fidelis sermonis doctrinam infideles vel auribus attrahantur*; at in posteriori Fed. Morelli lectione et in Regio, *τῇ ἀκοῇ τῶν ἀπίστων προσαγομένου ad aures accedat, vel auribus admoveatur*, et paulo post *ταῖς κατασκευαῖς κεχρημένους* non *τὰς κατασκευαζομένους*.

Col. 14 B. *Et sermo non stab.* In hunc locum annotarat interpres eum corruptum videri, quod Græce scriptum sit ἀπραγὶς λόγος, et verterat, *ratio quæ non permanet*: nos in utroque manuscripto legitimus ἀπαγής λόγος, sermo non stabilis. Petr. Morell. *potentia instabili, et verbo infirmo donati sumus*. Dicitur ἀπαγής, quod compactum ac solidum non est, unde postea sermonem hunc humanum ait esse ἐπίκτητον fluxum, caducum et interitui obnoxium, neque permanere, aut cum humana natura subsistere. Ab eadem mente illud est Athanasii orat. III, contra Arrian.: Καὶ ἐπειδὴ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γέγονεν ἄνθρωπος, διὰ τοῦτο ὁ λόγος αὐτοῦ παύεται καὶ οὐ μένει. *Et quia ex non ente factus est homo, ideo et verbum ejus desinit et non perseverat*; et rursus: Τῶν μὲν ἀνθρώπων πολλοὶ καὶ διάφοροι λόγοι κατὰ ἡμέραν παρέρχονται διὰ τὸ τοὺς πρώτους μὴ μένειν, ἀλλ' ἀφανίζεσθαι. *Hominiibus multa et frequentia quotidie verba enascuntur, et prætereunt, eo quod priora non manent, sed evanescent.*

Col. 23 A. *In hac enim.* Mutilus erat hic locus in utroque codice Vulcob. et Morell., sed ita tamen ut conjunctis utriusque fragmentis et symbolis in integrum posset restitui, priori parte ex ms. Morell., posteriori ex Vulc. desumpta: quo factum est ut in Herveti et Morelli editionibus truncata sententia sit haecenus expressa, quod neuter satis integro codice usus esset: quia tamen Typographus in hac Græcolatina Parisiensi priora Notarum nostrarum monita secutus non est, emendandum hic restat ex altero istorum πάντως ἐστὶ τῶν τὸ θεῖον, et περὶ

τούτων καὶ τῆς αὐτῆς ἔχεται. Expunximus igitur ex vulgata versione, *In ea enim assimilatione ad imaginem omnino est enumeratio eorum quæ Deum expriment, et quæcunque de hac mox sequuntur doctrina.*

Ibid. B. *Ubi enim est formæ.* Hæc duo membra, quæ apud interpretem utrumque decrant, ex tribus mss. adjunximus; paulo post ex ms. Morelli addendum fuit apographo Vulcobiano, ἀγαθότης ἐστὶ τοῦτον ἐν κακοῖς γεγενῆσθαι παρὰ τοῦ πεπονηκότος καθυποπέυσειαν. Quod additamentum et Herveti interpretatio et illa Zini ut legitimam agnoscit in Euthymii Panoplia parte 1, tit. 6, *Nemo illum ejus procreandi causa bonitas fuit in malis a procreatore fuisse genitum merito suspicetur.*

Ibid. C. *Ut suorum bonorum.* Mutilus fuisse oportet interpretis codicem, cuius versio hic et illa Zini apud Euthymium sic explenda est, *ad hoc, ut suorum bonorum illum participem faceret, hominem procreavit, et semina virtutum ejus naturam indidit.* Corrigenendum etiam videtur in Græco αὐτοῦ pro αὐτῶ τῶν καλῶν. Sequenti periodo τῆς γὰρ βασιλευούσης legitimum sensum restitimus, hac expuncta versione, *Regnantis enim non regnans quemadmodum nominaretur imago?* Denique illud immutavimus ad col. 25 A. *Ut libere tollatur quod est animo tuo gratum.* Rectius interpres Euthymii: *Cum igitur liberæ voluntatis hoc proprium sit, ut arbitrato suo, quod magis libet complectatur, Deus qui liberam, etc.*

Col. 26 D. *Propterea locus.* Vitiose legi monueram in Vulc. ἡ λογικὴ καὶ εὐκίνητος ἐστίν, unde verterat Hervetus, *locus est rationis particeps, melius in mss. Reg. et Mor. λεπτή*, unde Petr. Morellus expresserat hæc verba, *tenuis et agilis substantia*, sed in uno rursus mss. pro χωρίων mendose scriptum fuit, itaque sententia ex utroque coalescere debuit: *λεῖψιν autem vertimus regionem, non sortem, ut apud Chrysostomum Billius Homil. 1, in II, ad Corinth.: Ὅτι εἰς βέλτερον χωρίον μετέστη, καὶ πρὸς ἀμείνω λῆξιν ἀπεπέδησεν. Eum ad meliorem regionem migrasse, atque ad præstantiorem sedem transilisse.*

Col. 27 B. *Qui ad nullum malum.* His duobus membris mutilata periodo a nobis redintegrata est ope utriusque Græci manuscripti.

Col. 35 D. *Animis, qui per comm.* Πώρους appellant Græci, quos Latini Iophos, ut in definitionibus medicorum πώρος ἐστὶν οὐσία λιθώδης καὶ ἀπόκροτος. Tophus est substantia callosa et renitens. Nascuntur hujusmodi calli in oculis et in fistulis aliisque ulceribus, atque etiam in cute; de quibus Paulus Ægineta lib. III, cap. 78, hinc ἐπιπώροσθαι dicuntur, hoc est in modum calli obdurrari, quæ ex ejusmodi morbo in corpore oriuntur; unde Petr. Morellus hic vertit *callorum excrementa, sed mutilo codice usus, quemadmodum et Hervetus, integram sententiam non exhibuit, quam habet ms. Vulc., at in eo tamen corrigendum est ex altero ms. Mor. cui et Reg. suffragatur, ἐν τῷ καιρῷ χρίσεως non ut illic est καιρῷ κτίσεως, et apud Hervet-*

tum; *tanquam pori quidam materialia existunt incrementa in tempore creationis.* De iudicio enim hic agitur non de creatione animarum. Corrige item col. 36 D, ἀποσαρκωθείσας.

Col. 38 B. *Attenuatur.* Ut ex quo deprompta essent Scripturæ loco posset agnosci, vulgata editionis Latinae verba substitutum in locum illorum interpretis, et liquitur iis quæ pro peccato sunt reprehensionibus, propter in imo factam cum malo conjunctionem. Psalmi xxviii, 22, verba sunt: Ἐν ἐλεγμοῖς ὑπὲρ ἀνομίας ἐπαίδευσας ἄνθρωπον, καὶ ἐξέτηξας ὡς ἀράχην τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. In incrementationibus propter iniquitatem corripuisti hominem, et tabescere fecisti sicut araneam animam ejus.

Col. 39 C. *Cuinam autem.* Secutus est lectionem codicis ms. Vulcob. interpres, quæ verior est τίνι δὲ ἔπρεπεν ἢ τοῦ πεπνωκότος ἀνόρθωσις, quam illa cod. Morel. et Reg. quam expressit Petr. Morellus τίνι διεφέρεν ἢ τοῦ. *Cujusnam intererat lapsum erigere?* Ita postea conjungit τὸ δυνατόν, καὶ τὸ πρότερον, poterat, eumque decebat. Euthymius citat hunc locum in Panoplia par. 1. tit. 7. *Cui potissimum conveniebat lapsum excitare? perditum restituere?* Rursus emendandum hic est ex ms. Mor. col. 40 C. διαπεπνωχότα μανθάνοντες. Paulo post ibid. D. μυστήριον τῆς ἀληθείας habuit uterque ms., sed Euthymium legisse μυστήριον τῆς οἰκονομίας constat ex interprete, quibus dispositionis mysterium maxime inniuitur, ita postea περὶ τῆς θεῆας οἰκονομίας λαβεῖν. *Conjecturam sumere de divina dispensatione.*

Col. 40 B. *Progressionem.* Omissa fuerant ab interprete, vel certe a librario, qui Græcum apographum ejus exscripserat, quæ sequuntur usque ad finem periodi, et scripserat μὴ ἔπρεσθαι sub finem capituli, in Deo minime consequi, non ut habet uterque ms. τὸ καλὸν μὴ πρέπειν, minime convenire: et interpres Euthymii, qui honesta Deo asserunt non convenire.

Ibid. *Quomodo autem.* Hoc membrum deerat interpretationi Herveti, non duobus mss. τὰς ἀτόμους appellabant philosophi individua corpuscula Democriti, quæ Cicero II. *De finibus* atomos appellat. Hic ergo intellige ἄτομον corpus individuum hominis, ut vertit etiam hoc loco Zinus apud Euthymium, *Quoniam igitur pacto quod infinitum est, individuum corpusculo concludatur?* Justinus etiam dixit, τὸ ἐξαιφνης, τὸ ἄτομον, τὴν στιγμὴν χρόνου, in eversione dogmatum Aristotelis p. 105. edit. Commel.

Ibid. *Quis autem hoc.* Citat hunc locum Theodoretus Dialogo 2, qui inscribitur *Inconfusus*, ut probet duas fuisse in Christo naturas; cum dicat Gregorius carnem circumscriptione tanquam vase divinitatem non contineri, sed illic legitur τὸ ἀπειρον τῆς σαρκὸς (mendose pro τῆς θεότητος) περιεληπται, et apud interpretem, *infinitas carnis circumscripta est*, corrige *infinitas divinitatis.*

Col. 41 D. *Περιδεδραγήνην.* Emenda ex Mor. ms. περιδεδραγμένον, *subjectam apprehendens materiam.* Apud Euthymium, *Sicut enim in lucerna materiam circumplexum ignem aspiciamus.*

Ibid. D. *Quæ a subjecto.* In mss. Morel. et Reg. erat καὶ ἐξηραμένην τοῦ ὑποκειμένου, mendose pro ἐξηραμένην. ut suggerit Vulc. *quæ a subjecto dependet*, vel *subjecto adheret.* Non enim a verbo ἀπτεσθαι deducitur, quod est tangere, ut intellexit Hervetus, *quæ subjectum attingit et apprehendit*, et Zinus apud Euthymium, *flammam attingere subjectam materiam*, sed ab altero verbo ἀπτεσθαι vel ἐξάπτεσθαι quod est conjungi ac dependere, ut dixit Dionysius, ἐξηραμένος κορυφῆς, *a summitate dependens.* Potes etiam ad tertium verbum ἀπτεσθαι referre quod sonat accendi, *quæ ex subjecta materia accensa est*, ut dixerat paulo ante τὴν τὸ πῦρ ἐξάπτουσαν ὕλην. *materiam quæ accendit ignem.* Sequitur locus a Theodoro citatus Dialogo 2, ubi

tamen legitur, *προσεγγιζόμεν γνωρίζαντας, unionem et appropinquationem cognoscentes, non κατανοήσαντας, et διασώσασθαι, non διασώζεσθαι, et πιστεύοντες, quod tamen minus aptum est quam πιστεύοντες.*

Col. 42 A. *Per se bonum.* Aptius interpres Euthymii, et *honestum ipsum per se considerem.* Opponitur enim turpitudine postea non bonitati, sed honestati.

Col. 43 A. *Et conjunctionis.* Hic quoque suffragatur Herveti interpretationi ms. Vulc., καὶ τὸν τῆς γενέσεως οὐκ ἐπιγινώσκουμεν. sed frustra; verior enim lectio ms. Mor. et Reg. quam sequuntur Pet. Morellus et Zinus, καὶ τὸν τῆς ἐνώσεως, et *conjunctionis modum.* Convenit enim magis cum eo quod subditur, τὸν δὲ τῆς ἀνακρίσεως τρόπον.

Col. 46 B. *Secuta est corruptio.* Ita maluimus, quam ut interpres, *secutus est interitus*, ut facilius lector agnosceret alludi ad illud Psalmi xvi, 8, et Actorum II, 31, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν, *neque caro ejus vidit corruptionem.* Eamdem vocem usurpat et postea Nyssenus, καὶ μετὰ θάνατον ἐν διαφθορᾷ γίνεται, et post mortem ad corruptionem venit. Petr. Morelli interpretatio hic insignem habet lacunam cap. 12. pag. 27.

Ibid. D. *Verumenimvero.* Hic vice versa ms. Mor. cum Herveti interpretatione inutilis erat, *Atqui major est natura, qui ostenditur esse natus in iis quæ sunt supra naturam*, nullo penitus certo sensu: ut in Vulc. integer et sanus exstabat locus, ut edidimus; in Regio tamen legebatur non γεγενῆσθαι, ut videtur legisse Zinus apud Euthymium, qui propter hæc natura superior fuisse demonstratur, sed γεγενῆσθαι ἀποδεικνύμενος, supra naturam ostenditur fuisse generatus, et hæc verior lectio censenda.

Col. 47 C. *Primum adeo.* Hanc periodum et sequentem omissam ab Herveto Morelli versio una cum duobus mss. suppediavit, quas etiam interpres Euthymii Zinus agnoscit, sed paulo post κτήσιν τινα minus apte legitur, quam in Mor. κτίσιν τινά.

Col. 51 C. *Is generaliori.* Interpres, *Is generosiorrem quamdam intelligentem essentiam commiscuit sensibili principio, ut est consequens ac consentaneum recte ac feliciter procedente ad finem.* Post sequentem periodum locus occurrit insignis a Theodoro prolatus adversus hereticos Dialogo 3, pag. 128: Καὶ τοῦτό ἐστι φύσει μὲν τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ τὸν θάνατον οἰκονομίας. *Et hoc quidem est Dei naturale, quod attinet ad œconomiam de morte et resurrectione a mortuis.* Ex cujus loci comparatione cum textu Nysseni adducor ut credam pro φύσει legendum apud Theodoretum μυστήριον, et apud Nyssenum περὶ τὸν θάνατον pro περὶ τὸν ἄνθρωπον, siquidem de morte et resurrectione hic, et de duabus his divinæ dispensationis quasi partibus agebatur.

Col. 54 B. *Multitudo boni.* Hervetus ediderat, *divitiæ benignitatis Dei occultam habent utilitatem: quasi scriptum offendisset, ὁ πλοῦτος τῆς χρηστότητος, sed uterque tamen ms. constanter habuit, ut est apud Davidem, τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητος. Psalmo xxx, 20: Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητος σου, Κύριε, ἧς ἐκρυψας τοῖς φοβουμένοις σε! Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te!* Χρηστότητα bonitatem etiam vertit Hieronymus e Græco in Commentario in cap. III, ad Ephesios: *Quam infinita multitudo bonitatis tuæ, et in Psalterio suo ex Hebræo, Quam multa est bonitas tua: itemque Aquila et Symmachus: Τί πολὺ τὸ ἀγαθὸν σου, ὃ ἐκρυψας! Quam multa est bonitas tua, quam abscondisti!* Hæc addenda censui propter eos, qui posterioris significationis exemplum in Thesouro Græcæ linguæ requirunt.

Col. 55 A. *Et incruentum sacrificii.* In hoc conveniunt duo mss. ut hic legant non θυσίαν, sacrificium, sed ἱερωσύνην, sacerdotium. Solent quidem sancti Patres sanctissimum altaris sacrificium ἀνα-

μακρον θυσίαν appellare, sed et incruentum sacerdotium dici potest dignitas sacerdotum, qui incruentias immolant hostias. Gregorius Naz. in Poematib: Ὁ θυσία: πέμποντες ἀναιμάκτους ἱερῆς. Tractant et hunc locum sæpe iidem doctores, docentque in locum veteris legis sacrificiorum sanctissimum Eucharistiæ sacrificium successisse. Irenæus lib. iv, cap. 32, *Acceptit panem et gratias egit, et novi Testamenti novam docuit oblationem, quoniam prior populus cessavit offerre Deo.* S. Joan. Chrysostomus in Psalm xciv, citato Malachiæ loco: Ὅρα πῶς λαμπρῶς καὶ περιφανῶς τὴν μυστικὴν ἡρμηνεύσει τράπεζαν, τὴν ἀναιμάκτων θυσίαν. Vide quam luculenter, quamque dilucide mysticam interpretatus est mensam, quæ est incruentum sacrificium, et paulo post: Καὶ πολὺς ἦν καὶ ἀμετρος ἀριθμὸς θυσίων τῶν κατὰ νόμον, ἢ νέα χάρις ἐλθοῦσα διὰ μιᾶς περιγράφει πάσας, καὶ μίαν ἀληθινὴν ἔστησε θυσίαν. *Omnia magna erat, et modo carens numerus sacrificiorum in lege: quæ omnia nova gratia superveniens uno complectitur sacrificio, unam ac veram statuens hostiam.* Eusebius Cæsariensis. *De demonstrat.* Euang. lib. viii, cap.: Ἦς θυσίας πᾶσιν ἀνθρώποις κατὰ τὰ καινὰ μυστήρια τῆς Καινῆς Διαθήκης παραδοθείσης τῆς Παλαιᾶς περιήρητο. Quo quidem sacrificio cunctis hominibus secundum nova novi Testamenti mysteria tradito, quæ veteris propria erant, sublata sunt. Ait Eusebius Christum ea nocte, qua mysteria discipulis tradidit, omnia legis Mosiacæ sacra finem accipere voluisse, verum id non ostendit ex eo, quod angeli tum temporis in templo voces illas emisissent, μεταβαίνωμεν ἐν-τεῦθεν. *Transeamus ex his sedibus, ut putat Josephus Scaliger in Animadversionibus in Eusebium pag. 171; sed hæc citat Eusebius, ut ostendat instituto illo sacrificio cætera antiquata esse, ac templum fuisse profanum: Ἀρθείτης γοῶν ἐξ ἐκείνου τῆς θυσίας καὶ σπονδῆς, αἱ μετὰ ταῦτα νομιζόμεναι αὐτόθι ἐπιτελεῖσθαι θυσία, ἄσπονδοι καὶ ἀνέροισι ἐν βεβήλω τόπῳ καὶ ὑπὸ βεβήλων καὶ ἀνιέρων ἐπιτελοῦντο. Δέχου δὲ καὶ τὰς περὶ τούτων ἰωσήπου μαρτυρίας. Sublato igitur ex illo deinceps sacrificio ac ibatione, quæ posthac existimabantur illic perfici sacrificia, sine gratia, a rebus sacris aliena in profano loco a profanis et a re sacra alienis perficiebantur. Cæterum de his rebus etiam Josephi testimonium accipe.* De eo nimirum quod dixerat profanum deinceps templum fuisse, utpote a præsidiis virtutibus desertum, et profanos sacerdotes in eo sacra facientes, licet id post multos annos dictum fuerit. Falsum enim est quod fingit Scaliger pag. 250, Eusebium scripsisse κατὰ τὸ πάθος, tempore passionis hæc esse dicta, et pag. 251, μετὰ πάθος, atque permiscere gesta Passionis cum excidio Hierosolymitano; sed nimio reprehendendi studio præceps actus hic censor antiquitatis non ut desulter aliquis, cum quo Eusebium confert, ex equo labitur solum, sed ut infelix quidam agitator famæ suæ currum ad metam venerandæ Patrum auctoritatis allidit.

Col. 65 A. Nisi aliquam. Legerat Hervetus ut in Vulc. ἐν αὐτῷ θεωρήσαντα, qui aliquam partem carnis in seipso esset contemplatus: sed mendum est: loquitur enim Gregorius de Christo, in quo humani generis adversarius naturam nostram conspiceri potuit, non latentem sub ea divinitatem: melius Mor. et Reg. ἐν αὐτῷ θεωρήσας. et Pet. Morellus ita vertit, ut edidimus, et περιεκέλευπται rectius, quam Vulc. περιεκέλευπται, legitur.

Col. 66 C. Qua ergo. Interpretationem Morelli rursus hic substituit in locum istius, Cum ergo a via divina digressi, ab initio. Ita scriptum exhibuit Vulc. ἐπεὶ οὖν τῆς θέλας ὁδοῦ κατενεχθέντες, at in ms. Mor. secus erat, et in R. ἐπεὶ οὖν τῆς εὐθείας ὁδοῦ παρενεχθέντες, quæ lectio præferenda visa est, cum ita jungat τὸ παραφέρεσθαι Gregorius a ter Nazian. a Budæo citatus, εἰ δὲ παρενεχθεῖται τοῦ προκειμένου ἢ μέμηςας.

Col. 70 A. Naturam incorrupt. Hic rursus ms. Morel. lectionem suppediavit aptiorem quam alter Vulcob. et interpres Hervetus præ se ferunt, εὐεργετῆ τῇ καθάρσει τὴν φύσιν, naturam purgatione afficit beneficio: fuit enim illud beneficium exponendum, et morti atque interitui, vel potius corruptioni, τῷ θανάτῳ καὶ τῇ φθορᾷ, opponendum εὐεργετῆ τῇ ἀφθοραῖ, unde et Pet. Mor. *naturaque a corruptione asseritur.* Dixerat enim antea col. 68 D: Ἐκ γὰρ τοῦ προσεγγίσει τῇ ζωῇ μὲν τὸν θάνατον, τῷ φωτὶ δὲ τὸ σκότος, τῇ ἀφθοραῖ δὲ τὴν φθοράν.

Ibid. D. Cum autem. Excerpta est magna pars capitis hujus ab Euthymio et inserta *Panopliæ dogmaticæ* par. 1, tit. 7, qui nactus codicem videtur in quo esset, τὸν Θεὸν εἰσιόντα, *accidentem ad nos Deum in vitam ingredi,* quanquam ea additio potest omitti; sed paulo post Zinus ejus interpres non omisit illud, τις νόσος, *nec ullus vitiorum morbus ad summas illas cæli sedes aspirabat.* Denique col. 72 B. emendandum ἄλλο τι παρὰ

Col. 72 D. Unum superest. Monueramus in ms. Mor. legi, ἐν πρέπον ἐστὶ τῷ Θεῷ τὸ εὐεργετῆ., et hunc textum amplecti debuit typographus, non alterum Vulc. ἐμπρόπον ἐστὶ Hervetus, *Deum autem decet ei qui opus habet benefacere:* at Pet. Morellus astipulatur Vulcobiano, unum superest, quod Deo conveniat, nimirum egentibus benefacere.

Col. 74 A. Jam si a solo. Pendet sententia jam inde ab his verbis usque ad illa, *et abjectum et matum,* quibus nota interrogationis est subjungenda, ut ex utroque manuscripto colligitur, sed quo hunc locum corrigendum monueramus; sed adhæsit tamen ex altero codice mendum col. 73 B., ubi ita scribendum, τὸ γεγόμενον, τίνα νομοθετοῦσιν ἕτερον. Hervetus in tres periodos istam diviserat ut Zinus apud Euthymium in duas: *Siquidem a solo vitiio Deus est separatus, vitii autem non est natura. Mysterium autem dicit Deum esse in homine, non in vitiio. Si autem hominis in vitam, etc.*

Ibid. D. Quippe quæ faciant. Prava lectio codicis Græci totam hanc sententiam depravarat ἐνεργούοντα τὸν θεάνθρωπον, ἀπρακτον εἶναι, ita ms. Vulcob. et Hervetus, ut qui Deus est et homo non sit quodammodo inefficax et inutilis, ad id semper quod deficit, per eos qui succedunt, etc. Rectius autem ms. Mor. ἐνεργ. τὸν θάνατον, ἀπρακτον, et astipulatur Regius codex, itemque Zinus apud Euthymium, *mortuæ vim assidue nos oppugnantem quodammodo infringunt, debilitant, atque irritam faciunt.* Sed in fine capitis hujus perperam illic est, *ex pura Virgine Deus humanæ vitæ conjunctus est;* nihil enim tale nostri codices agnoscunt; itaque vice versa locus ille apud Euthymium ex ista Gregorii editione restituendus est.

Col. 75 B. Nec Sodomiticæ. Expunximus illam interpretationem, neque corporalis flagitii gravis morbus fuerat apertus, utpote natam ex vitiosa lectione ms. Vulcobiani οὐδὲ τῆς σωματικῆς παρανομίας. In ejus locum substituitur ms. Morel. lectionem: οὐδὲ τῆς Σοδομιτικῆς, et Pet. Morelli versionem, *nec Sodomiticæ iniquitatis, etc.,* sed quod idem de Ægyptiis addit, *nec singulare certamen Ægyptiorum,* ex vitiosa item altera lectione manet hujus codicis, οὐδὲ ἡ τῶν Αἰγυπτίων μονομαχία. quamobrem alteri manuscripto facem tradat oportet, in quo melius est ἡ τῶν Αἰγυπτίων θεομαχία. Solent enim θεομάχον Ægyptum appellare Græci Patres ut S. Joan. Chrysostomus in Panegyrico Ægyptiis martyribus dicto: Καὶ ἐξ Αἰγύπτου μάρτυρες, Αἰγύπτου τῆς θεομάχου καὶ μανικωτάτης. *Ex Ægypto prodeunt martyres, ex Ægypto illa cum Deo pugnant et insanissima.* Post superbiam Assyriorum ms. Morel. et Reg. addebant, οὐδὲ ἡ τῶν Ἰουδαίων κατὰ τῶν δόλων τοῦ Θεοῦ μαίριον, quæ ex Pet. Morelli interpretatione jam expressa sunt. Utamque emendationem confirmat interpres Eu-

thymii, qui totum hoc caput 29. transtulit in suam Panopliam titulo jam a nobis indicato.

Ibid. In *Gentilium*. Lectionem ms. Vulcobiani excudit typographus, ex qua Hervetus ediderat, et quæcumque historiis non comprehensa in deinceps sequentibus facta sunt generationibus: at emendationem proposueram textum ms. Morel. et Reg. καὶ ὅσα τῆς ἔξω ἱστορίας ἐν ταῖς, et quæcumque ex *Gentilium historia consequentibus generationibus gesta sunt*. Amant enim Græci Patres externas appellare τὰς ἔξω, καὶ τὰς ἔξωθεν ἱστορίας *Gentilium* historias, artes ac disciplinas. Justinus in *Exhortat.* ad Græcos, πεισθέντας ὑμᾶς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἱστοριῶν, προφανίς vos historiis persuasos, et *Quæst.* 2 ad *Orthodox.*: Πόθεν οἱ τοῦτων γινώσκονται χρεῖστους τῶν ἔξωθεν; Unde cognosci potest istorum oracula profanis esse præstantiora? apud Chrysostomum *Homil.* 1 ad *Antiochenos*: Ἡ ἔξωθεν παιδείουσι πολλὴν ἀνελέπτουσα λῆρον· *Externa doctrina multas jaclans nugas*. Utram volet, eligat sententiam lector: nam et Pet. Morellus priori favet, qui vertit, quæ citra historiam hibeat sæculis designata sunt, et Zinus apud Euthymium, quæ vel litterarum monumentis consignata, vel silentio præterita sunt.

Col. 75 D. *Distribueretur fides*. Interpres ediderat, *abdicaretur fides*. Atque ἀπόκληρος quidem dicuntur exhæretes in *Pandectis*, et apud Dionysium ἀποκληροῦν τοὺς ἀθέους est impios exhæretes facere, sorte privare. Justinus *Quæst.* cxx ad *Orthodox.*: Ἀποκληρονόμους ὁ Παῦλος ἀπέφαινε, exhæretes regno Dei esse Paulus declaravit; et Aristoteli ἀποκληροῦν est sortibus excludere; verumtamen apud eundem Dionysium notat Budæus ἀποκληροῦν idem valere, quod attribuere: itaque sententiæ Nysseni hæc magis quadrabit notio, ut non peculiariter huic vel illi homini tribui dicatur fides, sed omnes ex æquo gentes ad Evangelium vocari.

Col. 76 C. *Διοχλοῦσαν*. Morel. διοχλοῦσαν τὸν βίον, utraque lectio ferri potest, at non interpretatio Zini apud Euthymium: in reliquiis tamen suis vitam producit; non enim hoc vult Gregorius vivere segmenta serpentis hujus, id est vitii, sed vitæ hoc est generi hominum molestiam exhibere. In sequenti periodo multa immutavimus, quod cum legisset interpret, ut habuit ms. Vulc. πᾶσαν ἀφθόνως τὴν εὐεργεσίαν εἶναι vertisset, *Quid autem dicunt? Non ad omnes venit gratia; sed cum aliqui ad verbum accesserint, non est parva pars quæ restat, cum aut Deus noluerit universum abundare beneficium, aut omnino*, etc. melius Morel. et Reg. πᾶσιν ἀφθόνως τὴν εὐεργεσίαν νεῖμαι. Atque ad hanc lectionem interpretationem accommodavimus.

Col. 78 A. *Cujus uniusquisque*. Consentiant in hoc duo manuscripti, οὗ μόνος ἕκαστός ἐστι Κύριος, non ut habuit interpres, *cujus solus est Dominus*. Locus autem insignis est adversus eos qui negant arbitrii libertatem: sed observandum est tamen in editione Petri Morelli mutilam esse sententiam, ubi ait pag. 51, et in amplexanda fide nec ne sui juris est. Omiserat fortasse librarius, qui apographum ejus calamo exaraverat, hæc verba, quæ desunt et in ms. Mor. et Reg., restituiuntur autem a Vulc., καὶ αὐτεξούσιον ἐν τῇ ἐλευθερίᾳ τῆς διανοίας κείμενον. Οὐκὼν ἐπὶ τοὺς μὴ προσαχθέντας τῇ πίστει.

Ibid. C. *Peccare cuivis*. Aliter Hervetus, vitium est immobile. *dijudicare non poterit vitæ agendæ discrimen*. Quia nimirum περὶ ἀνικησίας τῆς προαιρέσεως, de immobilitate liberi arbitrii agit Nyssenus, non potuit interpres mendum tollere codicis manuscripti ἀνικητος ἡ ἀμαρτία, quod etiam Vulcobianam adhæserat, sed correctionem ad marginem apictam incerta manu secutus est typographus; ἀνικητος ἡ ἀμαρτία, peccatum vinci non potest: rectius ms. Reg. et Mor. ἀνικθύνος ἡ ἀμαρτία, periculo caret peccatum, hoc est, ut vertit Petr. Morel. *peccare cuivis impune licet*. Nam, ut ait Clemens Alexand.

1 *Strom.*: Ὅστε οἱ ἔπαινοι, ὅστε οἱ φόβοι, ὅθ' αἰ τιμαί, ὅθ' αἰ κολάσεις δίκαιαι, μὴ τῆς ψυχῆς ἐχούσης τὴν ἐξουσίαν τῆς ὀρθῆς καὶ ἀφορμῆς, ἀλλ' ἀκουσίως τῆς κακίας ὀδῆς· *Nec laudes, nec vituperationes, nec honores, nec supplicia justa sunt, si anima non habeat liberam potestatem appetendi et aversandi, sed sit vitium involuntarium*. Ἀφορμὴ sumitur hic non pro impetu et aggressionem, ut putavit interpres, sed pro evitacione ac fuga. Cyrillus Alexandr. lib. ix, cap. 10, in *Joann.*: Ἐὶ γὰρ τοῦτο ἀληθές, οὐδὲν ὅλως διακωλύσει τοὺς τοῖς γεγραμμένοις ἀναγκαίως ὑπηρετήσαντας οὐκ ἀπροφάσιστον ἔχειν τὴν ἀμαρτίαν· *Si enim verum id esset, nihil impediret quo minus excusatione se tuerentur, qui, ut scripturæ famularentur, peccata commisissent*.

Ibid. D. *Sed in affectionem*. Interpres, *sed in eos qui per assensionem non admittunt prædicationem*. Videtur legisse τῶν μὴ δεχομένων, quod ferri etiam posset, licet duo nostri manuscripti negationem non habeant.

Col. 79 B. *Æternus*. Ita ms. Mor. ὁ ἀεὶ ζῶν, et Petr. Morellus, cuius versionem substituiimus in locum istius Herveti, sequentis alteram Vulcobiani lectionem ὁ ἀεὶ ζῶν. *Neque enim opus habens ut viveret, qui semper vivit, corporalem subit originem*. Et hæc fortasse non rejicienda cum alludere videatur ad illud *Hebr.* vii, 25, Πάντοτε ζῶνεις τὸ ἐντογγράχειν ὑπὲρ αὐτῶν, *Semper vivens ad interpellandum pro eis*. In periodo sequenti ex lectione utriusque ms. codicis una conflata est, quæ Petr. Morelli interpretationem æquaret. Nam in ms. Vulc. si erat, ἐπεὶ οὖν ἔδει γενέσθαι ὁ λόγος τῆς φύσεως ἡμῶν, αἱ Hervetus scriptum offeudit, Ἐπεὶ οὖν ἔδειξεν ὁ λόγος τῆς φύς. *Postquam ergo Verbum ostendit nostræ naturæ futurum rursus a morte reditum*. At Regius cum Morelli codice receptam lectionem tuetur. Sed hic τὸ πτώμα non tam cadaver, quam lapsum videtur sonare, ut postea κύπτει πρὸς τὸν πεπτωχότα dixit col. 80 C.

Ibid. Quoniam enim. Citat hunc locum *Adversus hæreticos* Theodoretus Dialogo 3, qui inscribitur *Impatibilis*; sed variantes lectiones non abs re fuerit adnotasse. Primum enim ὁ θεοδόχος ἀνθρώπος ἦν, homo qui Deum suscepit, vertit idem Hervetus apud Theodoretum, et συνεπαρθῆς τῆ θεότητι, et huic favent Regius et Morell. codices Nysseni, atque adeo Petr. Morelli interpretatio. *Quia enim divinus ille Theanthropus, hoc est Christus Deus et homo, qui resurrectionis intermedio cum divinitate sursum elevatus est*.

Ibid. C. *Crux autem*. Pro ἡμῖν τινα, quod erat in Vulc. emendandum ex Mor. et Reg. εἰ μὲν τινα. Priorem exprimens lectionem scripserat Herv. *Crux autem nobis aliquam etiam prof. cont. rat. si dederint ii qui res sciunt occultas*.

Ibid. D. *In hac etiam*. Tertius hic locus est a Theodoro citatus in eodem Dialogo tertio, ex cuius collatione colligimus perperam scriptum fuisse in Vulcobiano παρορᾶν διὰ τὸ ἕτερον. Unde Hervetus, *consequens non negligere, unum quidem aspicere propter alterum*; sed recte editum, παρορᾶν δὲ τὸ ἕτερον. Rursus in sequenti membro varietas est, ἀλλ' ἐν μὲν τῷ θανάτῳ καθορᾶν τὸ ἀνθρώπινον, ἐν δὲ τῷ σκοπῷ πολυπραγμανεῖν τὸ θεϊότερον. Hervetus apud Theodoretum et hic apud Nyssenum, *sed in morte quidem id quod est humanum intueri, in labore vero id quod est divinum intueri, quasi esset ἐν τῷ πόνῳ, licet in Græco excuso legatur ἐν τῷ σκοπῷ, in scopo et instituto*; quemadmodum paulo ante dixit idem Nyssenus ἡμιτέλης ἂν ἡ προαίρεσις ἔμεινε, *semiperfectum mansisset propositum*, et col. 75 B. Ὁ δὲ σκοπός ἐστι διαμείνειν ἐν τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων, *Is autem scopus est ut homo in vita maneat*, col. 72 A. Τῷ σκοπῷ τῆς ὠφελείας ἐποιεῖτο τὴν ἀνάγκασιν. Denique τῷ τρόπῳ legisse videtur idem Hervetus cum hic verterit, *in modo autem perscrutari quod est divinius*.

Col. 80 B. *Ἦρὸς ἀπαν τὴν*. Theodoretus πρὸς πᾶσαν τὴν συναίσθησιν ἔχει τό, *Ad omnem consensum secum trahit id quod parti unitum est*; sed concinniore esse lectionem alteram vidit alius interpres Theodoretī scribens, *totum hominem unitum illi parti ad sentiendum exsuscitat*.

Ibid. C. *Κατὰ τὸ συνεχές*. Facile abesse potest istud κατὰ sicut a Theodoretī textu abest, ut legamus, ἐπὶ τὸ πᾶν διεξέρχεται τὸ συνεχές, *Transit ad universum, quod est in natura continuum et unitum, ex parte totī impartita et communicata. Quid enim.*

Col. 82 A. *Aut utrorumque*. Ἡ τῶν κατὰ ἕτερον τοῦ παντὸς περιόντων αὐτὸς ὄυσται. Ita legitur in Vulc., ex quo interpres, *aut eorum quæ sunt in altera universitatis parte consistentiam*. Sanior est duum aliorum codicum textus Reg. et Mor. τῶν κατὰ ἕκατερον τοῦ παντὸς περάτων. Quem secuti sumus.

Ibid. C. *Hoc in loco*. Conjecturam in margine appositam expressit typographus Vulcobiani codicis; nam in textu erat *καί τινος μὲν* mendose, unde expressit hæc interpres, *hic medium et fastigium una complectitur appellatione, ut qui*. Corrigendum forsasse putavit καὶ ἀρχῆν, vel ἀπαν· sed emendator fuit liber alter Morel. Regii auctoritate corroboratus, τὴν μέσσην κεφαλαίαν μὴ προσηγορία· atque adeo codicis, cuius obligit usus Pet. Morello, ut ex ipsius versione constat, quam hic edimus; κεφαλαίαν igitur transversum liguum appellat crucis, a similitudine τῆς κεφαλᾶς τῶν νεῶν, antennæ navium, quæ et ipsa transversum est liguum, ex quo velum pendet.

Col. 86 D. *Nam quod omnino*. Truncata exhibebatur magna sui parte in Vulcob. hæc sententia, quemadmodum et apud interpretem: *Nam quod omnino simul versetur, per divinitatem testantur miracula, quomobrem quod Deus adsit, per omnia nullam habent dubitationem*. Nos eam integrā ex aliis duobus Reg. et Mor. expressimus.

Col. 87 D. *Et sicut ille*. Vox ἀνωθεν idem valet, quod ἐξ οὐρανοῦ, quemadmodum Joan. iii, 31, Ὁ ἀνωθεν ἐρχόμενος, *Qui desursum venit*: quod aliis verbis deinde repetit, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος. *Qui de celo venit, super omnes est*. Tertullianus quidem ita citat lib. *De baptismo*, cap. x, *Qui de terra est, de terra loquitur: qui de supernis venit, super omnes est*: et *I Corinth. xv, 47*, *Secundus homo de celo cælestis*. Recte igitur immutavimus illud interpretis, *Et sicut ille qui homo erat, et superius cum ucepisset immortalitatem*.

Col. 91 A. *Sive lavacri*. Contrarium penitus asserbat antea Nyssenius errore librarii vel interpretis, etiamsi *lavacri gratiam non acceperit, et in eo minime fuerit initiatus*. Consentiant tamen duo mss. codd. in asserenda recepta sententia.

Col. 94 A. *Per utrumque*. Monueramus omissum fuisse, quod duo mss. suggerebant, δι' ἀμφοτέρων, per utraque hoc est per animam et corpus, sed in Morel. quidem sic erat, ἀνάγκη τοῦ πρὸς τὴν ζωὴν καθηγουμένου τοῦς σωζομένους ἐφάπτεσθαι, *neccesse est, ut qui servantur, per utrumque attingant eum, qui ducit ad vitam, cui lectioni favet et Regius: sed rectius tamen Vulcob. τῶ πρὸς τὴν ζωὴν καθηγουμένου τοῦς σωζομένους ἐφάπτεσθαι*. Petr. Morel. *neccesse est, ut qui servantur, ejus, qui ad vitam præmonstrat iter, vestigia sequantur*. Similis sententia apud Chrysostomum *Homil. lxxviii, in Matth.*: *Εἰ μὲν γὰρ ἀσώματος εἴς, γυμνά ἂν αὐτά σοι τὰ ἀσώματα παρέδωκε δώρα· ἐπεὶ δὲ σώματι συμπλέκεται ἡ ψυχὴ, ἐν αἰσθητοῖς τὰ νοητὰ σοι παραδίδωσι. Nam si tu incorporeus esses, nuda ipsa dona incorporea tradidisset tibi: quoniam vero corpori conjuncta est anima tua, in sensibilibus intelligenda tibi traduntur*.

Ibid. *Quomodo enim*. Ex hoc loco ad finem usque capituli omnia ferme sunt ab Euthymio exscripta, et in titulum translata 21, partis II, *Panoptica dogmaticæ*, ut doctrinam de transmutatione Dominici corporis et sanguinis Gregorij nostri auctoritate

confirmaret, atque hoc totum una cum Liturgiis sacris utraque lingua est editum Lutetiæ apud Guil. Morellium an. 1509, qua ex editione variantes lectiones excerpemus, ac primum illius loci hujus paginæ τῆς ζωῆς ἡμῶν καθήρξατο, nam legebatur illic, τῆς ζωῆς ἡμῶν καθήρξ., et paulo post πρὸς αὐτὴν ἐξομοιοῦ· οὕτω τὸ ἀθανατισθέν. Et ita Morelli codex, itemque Zinus interpres Euthymii, sic et corpus illud quod a Deo factum est immortale, in nostrum corpus ingrediens. Emendandum igitur in utroque textu ἀθανατισθέν, ita corpus factum immortale, cum fuerit intra nostrum. Cyrillus etiam Alexandrinus in explanatione Anathematismi undecimi tom. I. *Concilior. edit. Romanæ pag. 511*, dicit in Eucharistia suscipi, ὡς ἕβον σῶμα γεγονὸς τοῦ παντα ζωοποιούντος Λόγου, *Ut proprium corpus effectum Verbi quod omnia vivificat*.

Col. 93 B. *Ὡς γὰρ τοῦ φθοροποιῦ*. Editio Morelli ὡς γὰρ τῶ φθοροποιῦ χρ. τ. υ. ἀναμιγθέντι, et paulo post, *εἰ μὴ διὰ βρώσεως, nisi per cibum et potum, ut in eadem pagina, εἰ μὴ διὰ τῆς κοινωνίας*.

Ibid. D. *Mériter*. Edit. Mor. μένειν ἐφ' αὐτοῦ ὄλον, et ms. Mor. ἐφ' αὐτῶ.

Col. 95 C. *Nam si cujusvis*. Omnes libri et calamo exarati et excusi σώματος; legunt, cur igitur interpres sic edidit? *Nam si cujuslibet hominis substantia seu consistentia est ex alimento, id autem est cibus et potus*.

Col. 95 D. *Etenim panis*. Zinus aliter vertit, *Et enim corpus illud panis erat potentia*.

Ibid. *Τὸ ἐν ἐκείνῳ*. Manifestum est mendum tollendum ex ms. Mor. et editione Morel. τὸ ἐν ἐκείνῳ σῶμα. Zinus, *Quomodo unum illud Christi corpus omnium hominum, in quibus est fides, naturam vivificaret? inem πρὸς πάντας μερισόμενον*.

Col. 96 A. *Ἔτι δὲ οὐχ ἡ αὐτῆ*. Edit. Morel. ἔστι δὲ. *Nec eadem tamen est omnibus*.

Ibid. B. *Τροφῆς καθισταμένης*. Rectius edit. Morelli cum ms. Morelli μεθισταμένης *in corporis speciem immutata*, et non longe ab his διευσκρινθηέντων. Ἐγγύς τοῦ. Ita Mor. ms., at edit. Morelli ἐντὸς τοῦ εἰκότως.

Ibid. D. *Ἐκείνο γινόμενον*. Emendandum ex edit. Morelli, licet reclamant omnes manuscripti, ἐκείνος γινόμενος, et astipulatur Zinus clare interpretans, *quoniam panis in corpore existens corpus evadit*.

Ibid. *Οὕτω κάκει*. Edit. Morelli οὕτω κάκειν το θεοδόχον. Zinus, *ita divinum illud corpus, et præ πιστεύομαι, edit. Morel. πιστεύομεν, credimus immutari*.

Col. 97 A. *Ἅγιον ἐποίητο*. Edit. Mor. et ms. Morel. ἅγιον ἐποίητο τὸ σῶμα. Zinus, *sanctum effectum illud corpus*.

Col. 97 A. *Ἐν τῷ ζῆν*. Edit. Morel. πρὸς τὸ ζῆν δυναμοῖτο, *ad vivendum corroboraretur*; at Zinus receptam tuetur lectionem *in vita potest permanere*.

Ibid. B. *Τὸν αὐτόν*. Edit. Morel. τῶ αὐτῶ τρόπῳ.

Ibid. C. *Ἐκείνου σάρξ*. Edit. Morel. et ms. Mor. cum Herveto ἐκείνου σάρξ. Zinus, *divina illa caro*.

Col. 98 A. *Non eo quidem quod*. Quoniam insignis hic locus est, valetque plurimum ad revincendos cum hæreticos, qui transsubstantiationem negant, tum schismaticos, qui consecrationem vi Christi verborum fieri non ita ut par est, admittunt, idcirco ex collatione codicum mss. restituendus, et suppletis interpretum defectibus exponendus fuit, expunctis illis Herveti verbis, *et orationem non per cibum et potum procedens ad corpus Verbi, sed a verbo, quemadmodum dictum est transmutatus, nempe Hoc est corpus meum*. Dum enim vertit, sed a verbo transmutatus, et Morellus, statim a verbo in corpus, itemque Zinus apud Euthymium per verbum in corpus mutatus, legisse videntur, εὐθὺς διὰ τοῦ λόγου πρὸς τὸ σῶμα, eaque fuit lectio Regii cod. Mor. itemque editionis Morelli: at in altero Vulc. sic erat, εὐθὺς πρὸς τὸ σῶμα τοῦ Λόγου μετα-

ποιούμ., sed quod statim in corpus Verbi transmuetur. Priori lectioni suffragatur et Justinus martyr. *Apolog.* 2, pag. 77, edit. Commel.: Οὐτω καὶ τὴν δι' εὐχῆς Λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφήν ἐκείνου σάρκα ἐδιδάχθημεν εἶναι. Ad eundem modum etiam eam quæ per preces verbi ab ipso profecti benedicta est, alimoniam, illius carnem esse edocti sumus.

Ibid. B. *Manifestatum.* Verior lectio ms. Mor. et edit. Morel. φανερωθεὶς Θεός. Zinnus, *Deus autem qui nobis se patefecit*, et ex iisdem corrigendum illud συναποθεωρηθῆ, scribendumque συναποθεωθῆ.

Col. 99 B. *Nam prout.* Excusa est lectio codicis Mor., nam Vulcobianus habuit, καὶ τὸ γεννώμενον, id æque Regius præ se fert, unde suspicabar scribendum καὶ τὸ γεννώμενον, quod interpres ediderit, *Nam convenienter affectioni cordis ejus, qui accedit ad dispensationem, est in potestate ejus qui gignitur*: et quod præcesserit, ὁ ἐν τῇ Τριάδι γεννώμενος, itemque sequatur paulo post ἐγγεννηθῆναι βίω, καὶ τῇ τῶν γεννώμενων φύσει.

Col. 102 A. *Si ergo homo.* Immutavimus verba interpretis, qui negationem non necessariam adjungebat, *Si ergo homo quidem cum sit creatus, Spiritum esse creatum, et unigenitum Deum non esse existimat, is una spe ducetur, ut qui se resolvat a transitu, sed quoniam dixerit ante debere Christianum τῆς ἀκρίστου φύσεως εἶναι πιστεύειν τὴν ἀγίαν Τριάδα, propterea Vulcob. et Mor. codicum lectionem repræsentandam et in versione sequendam censuimus.*

Ibid. 1 B. *Quod videantur.* Ms. Morel. οὐχὶ τῶ ὄντι γεννώμενοι, et Petr. Morellus, *errore seipsos implicantes, dum se regeneratos existimant, nec re vera sunt.* Maluimus tamen mutato numero insistere verbis Herveti, qui lectionem alteram Regii et Vulcobiani secutus scripserat, *quod videatur tantum et non sit re vera generatum, οὐχὶ τῶ ὄντι γεννώμενον.* Horum nimirum justitia non est similis illi quam in Aristide laudat Plutarchus versibus Æschyli, οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει.

Ibid. C. *Si ergo quæ sit.* Legerat interpres, ut editum est e Vulcobiano, quocirca scripserat, *Si ergo sit desuper generatio et reformatio hominis, at manu-*

scriptus alter hæc sic extulit, ἀναστοιχέωσας τὴν τοῦ ἀνθρώπου, *fit quædam instauratio.* Aplius quoque illud ἀνωθεν verteretur, *denuo quemadmodum* Joan. iii, 3: Ἐὰν μὴ τις γεννηθῆ ἀνωθεν. *Nisi quis natus fuerit denuo, non ut* Joan. iii, 31, ὁ ἀνωθεν ἐρχόμενος, *qui desursum venit.* Paulo post attingitur locus Isaïæ ni fallor ex cap. 1, 16: Λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. *Lavamini, mundi estote, auferite nequitias ab animabus vestris.*

Col. 103 A. *Animi turpit.* Interpres, *non turpitudine libidinum.* Quidquid legitur, θυμός, aut pro animo, aut pro sola ira, vel furore sumi potest: at ἐπιθυμία, cupiditas vel libido.

Ibid. C. *Suavis Dominus.* Expunximus vitiosam lectionem, *Christus Dominus universis non insert iram*: utpote natam ex mendosa lectione Χριστὸς χύριος, pro χρηστός, unde et Petr. Morellus, *Christus Dominus non in universos irascitur.* Psalm. cxxiv, 9, Hieronymus, *Bonus Dominus omnibus.* S. Augustinus quod sequitur ex psalmo vii, 12, ita vertit, *non iram adducens persingulos dies, et huc alluisse videtur Paulus, non ad locum* Job xxxv, 2, cum ait iii, ad Rom. 5: Μὴ ἀδικος ὁ Θεὸς ὁ ἐπιτίθειν ὀργήν; *Nunquid iniquus est Deus, qui insert iram?*

Col. 106 B. *Nunc quidem.* Hæc a præcedentibus divulgata aliæ editiones nova inchoata periodo, cum ad eandem pertineant; qua finita Morelli codex Catecheticum hunc librum finiabat, alter autem Vulcobianus Græca subiciebat, quorum interpretatio sequitur atexta ex Herveti editione; nam Petr. Morellus ad suæ calcem hæc annotavit. *Hoc loco finem sortitur hic major D. Nysseni Catecheticus in plebisque exemplaribus: unicum quod est D. Herveti ea, quæ sequuntur adjicit quæ quanquam non sunt ἀπροσδιόγιστα, libri tamen alicujus adversus Severum præfatio potius, quam hujus Catechetici peroratio esse videntur.* Regius autem manuscriptus appendicem hanc non habuit. Porro Severus pseudomonachus Eutychanus, dux Acephalorum hæreticorum circa annum Domini 513. longe post Nyssentem vixit, damnatusque fuit in Synodo Constantinopol. a Justino Imperatore congregata. Vide Zonaram et Cedrenum in Justino.

IN EPISTOLAM DE PYTHONISSA.

Celebrem fuisse controversiam et multis utrinque disputationibus agitam de Pythonissa, quæ Saūli regi Samuelis animam evocare conata est, cum ex sententiis Patrum, quos enumerabimus constat, tum ex Hieronymo in *Catalogo scriptor. Ecclesiast.*, qui Methodium Tyri Episcopum tradit *adversus Origenem* de Pythonissa librum scripsisse, et Eustathium Antiochenum *adversus eundem De engastrimytho*, hoc est *De ventriloqua muliere*; sed Nysseno quoque Gregorio tribuebat hanc epistolam manuscriptus codex Collegii nostri Lotharingici Ponti ad Montionem, qui nonnulla alia similis argumenti opuscula complectebatur. Quod autem ait non longe a principio quibusdam placuisse veram fuisse ψυχαγωγίαν, id est *evocationem animæ* Samuelis, testantur etiam Origenes tom. xxvii, in *Jeanem*, et Hieronymus in 7. *Isaïæ*, atque ipsorum auctoritate suæ opinionis confirmant Josephus lib. vi. *Antiquit.* cap. 15; Justinus in Dialogo cum Tryphone. Basilus Epist. 80, ad *Eustachium*. Ambrosius in 1. *Lucæ*, et Augustinus lib. *De cura pro mortuis* pag. 15, idemque inter recentiores docent Lyranus, Tostatus, Dionysius Carthusianus et Caietanus qui gravissimo præcipue nituntur Ecclesiastici testimonio cap. xlvi,

23. *Et post hæc dormivit (Samuel) et notum fecit regi, et ostendit illi finem vitæ suæ, et exaltavit vocem ejus de terra in prophetia delere impietatem gentis.*

Col. 107. In tit. A. *De ventriloqua.* Quam LXX, I Reg. xxviii, 7. Γυναίκα ἐγγαστριμύθου dixerunt, *ventriloquam mulierem* veritum secuti Hieronymum jam citatum, Augustinum ii. *De doctrina Christ.* cap. 23, et antiquiorem illis Tertullianum qui lib. iv, adv. *Marcionem* cap. 25, illud Isai, xlv, 25, Διασκεδάσει σημεῖα ἐγγαστριμύθων, reddit Latine, *Disjiciet signa ventriloquorum*, eodemque modo Leviticus xix, 31, Οὐκ ἐπακολουθήσετε ἐγγαστριμύθους, *Non sequemini ventriloquos.* In quem locum annotat Theodoretus, quosdam a dæmonibus agitato multos deceptisse, perinde ac si prædicent, quos ἐντερομάντις Græci appellant, quippe quod ab intus videatur dæmon loqui. Idem docent Cyrilli et Hesyhii lexica, dæmonem scilicet ex ventre mulierum illarum loqui solitum. Apud Hebræos etiam similitudine videtur dæmonium istud נְפִילָה et נְפִילָה appellari, quod mulierum ejusmodi a dæmone obsessarum ventres instar utres intumescerent. Sumitur autem ea vox et pro mago quovis, qui pacto

cum dæmone inito divinat; unde Vulgata illud Levit. xix, 31 vertit, *Non declinetis ad magos*; et Isai. xlv, 25. *Irrua faciens signa divinatorum*. At Reg. xxviii, 7, *mulier Pythonem habens* Hebraice dicitur מְלִיצָה *domina Pythonis*, sic Actor. xvi, 16, Παῖδισκη ἔχουσα πνεῦμα Πύθωνος, puella spiritum Pythonis habens: ut nomen istud non magis Pythonis serpentis proprium sit, quem Apollo Pythius intereimit, quam serpentis antiqui illius, qui vocatur diabolus et Satanus Apocal. xii, 9. Accommodat hanc vocem illis dæmonibus, qui videntur e sepulcris mortuorum, vel subterraneis locis edidisse responsa. Vulgatæ auctor Isa. xxix, 4. *Et erit quasi Pythonis de terra vox tua* LXX, οἱ φωνοῦντες ἐκ τῆς γῆς, *loquentes de terra*. Ubi Hieronymus notat Aquilam vertisse magos, et νεχρομαντεῖαν magorum intelligit, per quam animas evocare dicuntur.

Ibid. B. Animarum evocationem. Sic reddidimus Latine vocem ψυχαγωγία, quasi ψυχαγωγία, quam et Gregorius Nazianzenus in Julianum conjungit cum μαντεία, sit animarum eductio seu evocatio, ut ait Justinus in *Dialogo* pag. 260, τὴν Σαμουὴλ ψυχὴν κληθῆναι ὑπὸ τῆς ἔγγαστριμύθου, *evocatam esse a ventriloquo*. Basilius epist. 80: Καὶ ἡ ἔγγαστριμύθος ἐν ταῖς μαγανείαις αὐτῆς ψυχαγωγοῦσα τὸν Σαοὺλ τὰς ἐπιζητούμενας αὐτῆς ψυχὰς θεοῦς ἔωρακέναι φησίν, quæ Siphianus vertit, *Et Pythonissa ventriloqua divinationibus suis et animarum evocationibus oblectans Saulem*; rectius Myrcæus, *et mulier illa Pythonica, quæ Saulem ab inferis incantationibus suis evocavit cum videret animas, quæ requirebantur, Deos se videre dicebat*. Sed corrigendum est in Græco pro τὸν Σαοὺλ, τὸν Σαμουὴλ, et apud utrumque interpretem, quæ *Samuelem*.

Col. 110 A. Hiatum versus impios. Corrigendum est in Græco διήργετο, pro διήργετο, cæterum vocem chaos retinimus, ut alludere constaret Nyssenum ad illud Evangelistæ Lucæ xvi, 26. Χάσμα μέγα ἐστὴν κρηται chaos magnum firmatum est, vel ut alii legendum putant, chasma magnum, tametsi constanter apud Latinos Patres scriptum reperimus chaos. Hieronymus in cap. iii, Ecclesiastæ. *Et Evangelium chaos magnum interpositum apud inferos, et Abraham cum Lazaro et divitem in suppliciis esse testatur*. Ambrosius in xvi, Lucæ. *Inter hunc igitur divitem et pauperem chaos magnum est, quia post mortem nequeunt merita mutari*. Augustinus ad Simplicianum quæst. 3. *Cum Dominus inter divitem et illum qui ad januam ejus jacebat magnum chaos interjectum esse testetur*. Tertullianus vero iv, advers. Marcionem, 34, *Magnum ait intercedere regiones istas profundum et transitum utrinque prohibere*. Augustinus idem lib. ii. *Questionum* Evang. 38, loca intelligit, in quibus torquentur impii, ad quæ justī etiam si velint transire non possint.

Ibid. C. Numinis instinctus. In ms. legebatur κατὰ κωλὰς, sed emendandum censuimus κατακωλὰς: nam κατέχεσθαι idem valet, quod ἐνθεον εἶναι. De quo vide Budæum in Commentariis pag. 867. Unde apud Plutarchum in Alexandro conjungi videmus κατοχὰς καὶ ἐνθεουσιασμούς. Cæterum pro κατοχὴ scribitur etiam sæpe κατακωχὴ, ut apud Clementem Alexandr. lib. iii. *Pædag.* cap. xi, καὶ κατοχὴ τῶν ὁρθῶς εἰρημένων, et in Palatino codice, κατακωχὴ τῶν ὁρθῶς.

Col. 111 B. Dii gentium dæmonia. Locus est Psal. xcvi, 5. Porro eodem argumento utitur et Cyrillus Alexand. lib. i. *De adorat. in spiritu*. *Quod si quis putet evocatum revera fuisse prophetæ animam et mulieris verbis tribuerit veritatem: ergo quia eadem dixit deos e terra ascendentes se vidisse, non divinationis moribus condonet falsitatem, sed revera deos esse putet quasdam ejusmodi ordinis, qui existant e terra; cum ille, qui secundum naturam Deus est, unus sit ac solus*.

Ibid. C. Cras tu et Jonathan. Hoc eodem tibicine conjecturam suam fulcire nititur Augustinus lib. ii,

ad Simplicianum quæst. 3: Et forte hoc est quod cum illa imago Samuelis Saulem prædiceret moriturum, dixit etiam secum futurum: quod utique falsum est. Magno quippe intervallo post mortem separari bonos a malis in Evangelio legitur. Tuetur enim hanc sententiam de spectro Samuelis a dæmone efflato præter Cyrillum et Augustinum jam citatos, Tertullianus de anima cap. 57: *Nec enim Pythonico spiritui minus licuit animam Samuelis effingere post Deum mortuos consulente Saule*. Justinus quæst. 52 *ad orthod.*: Ἡ δὲ ἀλήθεια τῶν ῥημάτων γέγονεν ἐκ τοῦ Θεοῦ τοῦ δωδωκῶτος τῷ δαίμονι ἐν σχήματι τοῦ Σαμουὴλ ὁρθῆναι τῇ ἔγγαστριμύθῳ, καὶ δεῖξαι τοῦ μέλλοντος τὴν δόξαν. *Veritas autem dictorum a Deo fuit, qui potestatem dæmoni permisit, ut in forma Samuelis Pythonissæ appareret, et futurum eventum significaret*. Idem auctor quæst. *Veteris et Novi quæst. 27, et auctor librorum De mirabilibus sacræ Scripturæ* lib. ii, cap. xi, Anastasius *Quæst. in Script.* 37: Procopius et Eucherius in ll. lib. *Regum*: Basilius in cap. viii. *Isaia*, Isidorus lib. 8. *Etymolog.* cap. 9. Sed illa tamen ratio necessaria non est quæ depromitur ex dicto imaginis Samuelis; potuit enim illud *Mecum eris*, non ad æqualitatem felicitatis, sed ad parem conditionem mentis referri, quod uterque homo fuerit, et uterque mori potuerit, jamque mortuus vivo mortem prænuntiabat ut ait ibidem Augustinus, et ad *Dulcitium quæst. 6*. Itaque tutior et verior eorum videtur sententia qui non a Pythonissa evocatum, sed Dei jussu venisse animam Samuelistradunt ut plerique Patrum jam citati in prima annotatione, et Theodoretus in *I Regum quæst. 62. Deus efformata ut voluit specie Samuelis, protulit sententiam non per adversarios, cum hoc non potuerit facere ventriloqua*.

Ibid. C. Hanc enim consuetudinem. Illustrat hoc exemplis Augustinus *Quæst. 3, ad Simplicianum*. *Imaginarium illusionem propterea Scripturæ nomine Samuelis appellat, quia solent imagines rerum earum nominibus appellari quarum imagines sunt*. Sicut omnia quæ pinguntur et finguntur ex aliqua parte materiæ metalli aut ligni, quæque videntur in somnis, et omnes fere imagines earum rerum, quarum imagines sunt, appellari nominibus solent: ita Cicero et Sallustius appellantur imagines Ciceronis et Sallustii, Cherubini quoque cælestium potestatum factæ ex metallo imagines. Addunt alii solere Scripturam non quod ipsa sentit, sed juxta affectum eorum de quibus loquitur, sermonem instituere, ut I Cor. viii, dicit deos esse multos et Dominos multos: et ita exponit Pauli locum Cyrillus lib. i, contra Julianum ex II, Corinth. iv: *Deus hujus sæculi*. In eandem sententiam profert et sequentem locum de Balaam Numer. xxii, 18. Basilius epist. 80: Ἀλλὰ καὶ ὁ Βαλαὰμ ὀκνοῦσθης τις ὢν καὶ μάντις καὶ διὰ χειρὸς τὰ μαντεῖα φέρων, καθὼς φησὶν ἡ Γραφή. Cæterum hic apparet similis memoriæ lapsus in Basilio ei quem notavimus in ejus fratre Nysseno libro *De vita Moysi*, quem et reperies in *Catena* in *Pentateuchum* interprete Zephyro, ubi dicit in manibus habuisse Balaam vaticinia vel certe τὰ μαντεῖα διὰ χειρὸς ἔχειν, cum legamus Numer. xxii, 7: Ἐπορεύθη γερούσια, καὶ τὰ μαντεῖα ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. *Profecti sunt senatores Moab et Madian, et divinationes in manibus eorum*; non Balaam, sed senatores illas habuisse, ait, hoc est pretia divinationis Augustinus autem *Quæst. 48, in Numer.* veri Dei mandato prohibuit ait. Alii putant Balaam solum consulere dæmones, sed iis sugatis præter florem illi Deum apparuisse; sic Theodoretus *Quæst. 4, in Numer.*

Col. 114 A. Carnes porrigerent. Græce erat μεμιασμένων αὐτῷ προήγεν ἄρτων, cum forte legendum sit προήγον, ut ad corvos referatur, quibus præcipit Deus, ut Eliam pascerent. III. Reg. xvii, 4, Nisi de Deo ipso malis intelligi προήγον *carnes*

porrigeret, corvorum scilicet ministerio. Porro quod ait porrectos fuisse panes quidem mane, vespere autem carnes, non satis explicatur illa ætiologia, quod iis qui incipiunt perfectioribus sit opus, aut solido cibo: nam rudioribus opus esse ait lacte Paulus Hebr. v, 13, perfectorum autem esse solidum cibum. Itaque videtur ὑπουλος hic locus et mendii suspectus, sic ut alterius manuscripti opem impleret.

Ibid. C. Non simpliciter angelum. Principem transgressorum angelorum sive dæmonum, nonnulli recentiores, nescio qua de causa, tanquam proprio nomine Luciferum vocant, cum Isaïæ xiv, sub figura principis Babylonis comparatione sumpta a stella Lucifero casus ipsius describatur; alii Sathælem, ut auctor Homil. 3 in *Genesim*, quæ Chrysostomo perperam tribuitur; alii Leviathan ut Albulensis *Quæst.* 62 in xii. *Matthæi* vocant; a Scriptura vero Diabolus dicitur; sed principem eum fuisse terrestrium vel mundanorum angelorum, quibus terræ custodia commissæ erat, non cœlestium, existimarunt veteres quidam theologi, ut docet Augustinus lib. iii. *De Genesi ad litteram* cap. 10 et 11, cap. 19, et Joan. Damascenus lib. ii, *De fide* cap. 4, Tertullianus tamen contra, lib. ii, *adversus Marcionem* cap. 10, scribit eum editum fuisse omnium sapientissimum; *Et in persona*, inquit, *principis Sor ad diabolum pronuntiatur ab Ezechiele.* « Tu es signaculum similitudinis, corona decoris: »

Hoc ut eminentissimo angelorum, ut archangelo, ut sapientissimo omnium. Origenes Tract. 9 in *Matth.* explicans illud, *Novissimi primi*, dicit eum fuisse primum, quando incedebat immaculatus in omnibus viis suis, et factum novissimum, cum in infernum descendit: et in eandem sententiam trahunt quidam Augustinum lib. xi. *De Genesi ad lit.* cap. 15, Cum tamen ibi tantum dicat eum præcessisse alios angelos temporis antiquitate et principatu malitiæ, sed apertius hanc opinionem tuetur Gregorius papa Homil. 34, in *Evangelia*, et D. Thomas 1, parte *Quæst.* 63, artic. 7; Augustinus lib. iii, *De Genesi*, archangelum illum fuisse docet, ut et apud Judam apostolum vers. 9, Michael archangelus appellatur, quem tamen probabile est ad supremum chororum angelorum pertinuisse, cum adversus draconem pugnavit, Apocalyps. xii, 7; et princeps Ecclesiæ Christianæ credatur, ut fuit olim Synagogæ Daniel x. Licet igitur Dionysius Areopag. *De cœlesti hierarchia*, cap. 6, archangelos non in prima, sed in tertia, hierarchia collocet inferiores principatibus, recte tamen admonent theologi nomina imposita a dono, aut re alias communi omnibus aut pluribus angelis, aliquando in ampliori significatione sumpta usurpari ad significandos angelos alterius chori: ita licet Michael, et princeps dæmonum fuerint ex ordine primo primæ hierarchiæ, archangeli tamen vocantur, quod nomen illud principatum inter angelos sonet.

IN LIBROS CONTRA EUNOMIUM.

Varias restitutiones quas ex codice Boico dederat Jac. Gretserus, textui subjecimus.

Πηραξ τῶν κατὰ Εὐνομίου ἀντιφρήτικῶν λόγων ἰσ̄ Γρηγορίου τοῦ Νύσσης, ὡς αἱ ἀρχαὶ αἰδε.

Ordo et dispositio xii librorum Gregorii Nysseni contra Eunomium, quorum hæc sunt initia.

A'. Τοῦ πρώτου.	Οὐκ ἦν, ὡς εἶπε, πάντα σε θέλει εὐεργετεῖν.	I.
B'. Τοῦ δευτέρου.	Ἡ τῶν Χριστιανῶν πίστις εἰς πάντα ἔθνη.	II.
Γ'. Τοῦ τρίτου.	Εἰ τῶ νομικῶς ἀθλοῦντι.	III.
Δ'. Τοῦ τετάρτου.	Καιρὸς δ' ἂν εἴη καὶ τὴν περὶ τοῦ γεννήματος φυσιολογίαν.	IV.
E'. Τοῦ πέμπτου.	Περὶ δὲ τῆς Πέτρου τοῦ ἀποστόλου φωνῆς.	V.
Ζ'. Τοῦ ἕκτου.	Ἄλλ' αἰσθάνομαι πέρα τοῦ δέοντος.	VI.
Z'. Τοῦ ἑβδόμου.	Ἐπεὶ δὲ φησι τὴν κυρίως λέξιν.	VII.
H'. Τοῦ ὀγδόου.	Τὰ μὲν ἰσχυρὰ τῶν ἀνομοίων τοιαῦτα.	VIII.
Θ'. Τοῦ ἐνάτου.	Ἄλλ' ἐπὶ τοὺς ὑψηλοτέρους μετέρχεται λόγους.	IX.
I'. Τοῦ δεκάτου.	Ἄλλὰ τῶν προκειμένων ἐχώμαθα.	X.
IA'. Τοῦ ἑνδεκάτου.	Ἄλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐφεξῆς.	XI.
IB'. Τοῦ δωδεκάτου.	Ἄλλ' ἴδωμεν καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἀκολούθου.	XII.

Ex hoc Elencho librorum adversus Eunomium constat duodecim numero esse libros a beato Gregorio Nysseno adversus Eunomium conscriptos. Quod autem Joannes Cyprisiotus tredecim numerat, inde fortasse occasionem habet, quod in quibusdam codicibus manuscriptis, cujusmodi fuit ille V. C. Francisci Pithæi, ex quo editio Parisiensis Græcum textum expressit, undecim tantum reperirentur: qui ut duodenarium numerum explerent, undecimus in duas partes divisus est: ac deinde præfixus liber primus, aliis duodecim est aggregatus, atque ita tredecim libri sunt reperti. Cæterum suffragatur huic Elencho Vaticani codicis synodus

V l. œcumenica actione 10, pag. 116 edit. Romanæ initium libri i, contra Eunomium sic efferens: Ἐκ τῶν κατὰ Εὐνομίου κεφαλαί: Οὐκ ἦν, ὡς εἶπεν. Item actione 4, pag. 39, citatur ex libro ii. contra Eunomium: Πῶς ὁ Κύριος τὸν κόσμον ἐαυτῷ καταλάσσω, quæ offendens pag. 56, editionis Græcolatinæ tomo ii. Gregorii, libro primo: unde liquet non primum, sed secundum a primo, quem Appendix ista exhibet, esse librum illum numerandum. Synodus vero Lateranensis sub Martino 1, pag. 1108 edit. Colonienis nuperæ citat ex sermone 4 contra Eunomium: Sicet enim non est proprietates: qui locus est in editione Græcolat. Nysseni pag.

165 : 'Ὡς οὐκ ἔστι τὰ τῆς σαρκὸς ἰδιώματα τῶ ἐν ἀρχῇ ὄντι ἐπιθεωρηθῆναι λόγῳ. Ac proinde liber ille qui incipit, 'Ἄλλ' αἰσθάνομαι, non quintus, sed quartus esset : verum emendandus potius Latinæ synodi numerus videtur, cum in eadem sexta œcumenica actione 10, pag. 126 editionis Romanæ proferatur locus alter : 'Ἐκ τοῦ κατὰ Εὐνομίου πέμπτου, οὗ ἡ ἀρχή, Περὶ δὲ τῆς Πέτρου τοῦ ἀποστόλου φωνῆς. 'Ὁ λόγος πρὸς αἰώνων ἦν, ἡ σὰρξ δὲ ἐπ' ἐσχάτων, quem habes pag. 161, apud Nyssenum libro quarto, qui numerandus est potius quintus, ut in Elencho Vaticano. Postremo in eadem synodo

sexta actione 10, citatur locus ἐκ τοῦ κατὰ Εὐνομίου τόμου β' οὗ ἡ ἀρχή· 'Ἄλλ' ἴδωμεν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἀκολούθου ἔχουσα οὕτως. Τέως δὲ μαθεῖν ἄξιον. Et idem initium dat libro *contra Eunomium* duodecimo Elenchus hic Vaticanus : quem Græco-Latina editio undecimum indigital pag. 280, ubi et idem ille locus exhibetur cap. 10, τέως δὲ μαθεῖν ἄξιον.

Vel ab hoc numero et computo differt codex Bavaricus, nisi quod quintum librum non dividit in duos, quo sit ut qui codici illi est sextus, sit septimus, et ita deinceps uno semper numero ordo noster Bavaricum codicem anteverit.

Quotnam S. Gregorius Nyssenus libros contra Eunomium scripserit.

Alii aiunt duodecim : quot scilicet Bavaricus codex continet ; alii tredecim, quot in Livineii codice nominantur : nam qui Bavarico codici duodecimus est, is Livineiano est tertius decimus, cujus initium : Τὰ μὲν δὴ πρῶτα τῶν πρὸς Εὐνόμου ἀγώνων. Causa diversitatis est, quia codex Livineii et editio Parisiensis librum quintum, cujus initium est : Περὶ δὲ τῆς Πέτρου τοῦ ἀποστόλου φωνῆς, dividunt in duos, sexti libri initio ducto ab illis verbis : 'Ἄλλ' αἰσθάνομαι πέρα τοῦ δέοντος ἀμφιλογησάσας τῶ τόπῳ. Quem Bavaricus non dividit, sexti libri initio sumpto ab eo, qui aliis est septimus, cujus exordium : Ἐπεὶ δὲ φησι, τὴν κυρίως λέξιν τῆς οὐσίας. Ex hac ergo libri quinti divisione, necessario tredecim libri conciliuntur. Et ut in posterum omnis occasio dubitandi vel hallucinandi amputetur, prima singulorum librorum verba ascribam : editio enim Parisiensis rectam numeri rationem non iniit. Nam cum libro primo omisso, posuerit pro primo secundum, necessario in numero errandum fuit, donec tandem divisione libri ejus, qui nobis est quintus, omissionem primi libri supplevit, et quinto libro ab illis verbis inchoato : 'Ἄλλ' αἰσθάνομαι πέρα τοῦ δέοντος. Tandem cum Codice Bavarico in sexto libro, cujus initium : Ἐπεὶ δὲ φησι τὴν κυρίως λέξιν, concurrat.

In codice doctissimi viri Joannis Livineii, quem ex Antwerp. huc ad me misit Andr. Schottus Soc. nostræ, deerant lib. i et ii. Utrumque sua manu ex Vatic. exemplar. describere aggressus fuerat anno 1579, prout ipse in suo apographo adnotavit : sed totum primum librum non absolverat, nescio quo casu impeditus. Certe quæ descripsit, non tantum accuratissime, sed et elegantissime descripsit, ita ut manus ejus prope ad venustatem fusilium typorum Græcancorum, et quidem non vulgarium ac-

cedat. Sed audiamus ipsa doctissimi et vita longiore dignissimi verba : *Descripsi Romæ ex codice Vaticano ; in quo duodecim duntaxat legebantur, et cum altero exemplari, in quo erant orationes tredecim contuli anno 1579.* Hæc ille. Causam diversitatis in numero jam aperuimus.

Annotavit idem Livineius horum librorum duplicem inscriptionem : quarum prima sic habet : Τῶν ἐκδοθέντων παρ' Εὐνομίου δύο λόγων μετὰ τὴν κοίμησιν τοῦ ἀγίου Βασιλείου ἀντιβήρητικὸς εἰς πρῶτον τοῦ ἀγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης. Altera est ista : Τοῦ ἐν ἀγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης λόγος ἀντιβήρητικὸς κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς Εὐνομίου εἰς τοὺς ἐκδοθέντας παρ' αὐτοῦ δύο λόγους μετὰ τὴν κοίμησιν τοῦ ἀγίου Βασιλείου. Photius tres libellos adversus S. Basilium jam mortuum ab Eunomio evulgatos dicit. Sed inscriptiones istæ et ipse adeo Nyssenus duos tantum libros fuisse indicant. Itaque duodecim Nysseni libri, prout nos numerum inimus, refutationem primi libri Eunomiani continent : liber decimus tertius secundum librum Eunomianum refutat, ut ex titulo et primo ingressu ipsius libri liquet.

In apographo sæpius jam nominati doctissimi, et laboriosissimi Livineii reperi etiam epistolam S. Gregorii Nysseni, ad Petrum fratrem suum episcopum Sebastenum, et alteram Petri ad Gregorium ; utraque deerat in codice Bavarico ut et Summaria Græca singulorum librorum, quæ idem Livineii apographum suppeditavit. Utraque Epistola ad hoc opus pertinet : cum Nysseni Epistola totum Petro fratri dedicet ; quorum in S. Basilium fratrem admirabilis observantia in prius observanda est qui eum non aliter, quam *Patrem, doctorem, et magistrum* nominant, imitabili fraternæ concordiæ et charitatis exemplo.

IN EPISTOLAM AD THEOPHILUM

ADVERSUS APOLLINAREM.

Adversus Apollinarem hæreticum scripsisse quondam Gregorium Nyssenum discimus ex eo loco Synodi v œcumenicæ collatione 5, fol. 530 et 542, edition. Colonien., in quo hæc epistolæ istius verba proferuntur : *Qui Apollinarius dogmatibus, etc., usque ad illa, neque prædicari, quæ reperies hujus voluminis col. 1271, itemq. apud Enthyimium tit. 13. Panopliæ.* Accedit Joannes Cyprisioti qui decadis vi, c. 6, ostendens omnes luminis divini apparitiones personæ unius Filii Dei effectus esse, alte-

rum ejusdem epistolæ locum subjicit, *Neque enim, inquit, quia auctor sæculorum novissimis diebus visus est... Non enim propterea quod in novissimis diebus.* Exscripsimus eam ex codice manuscripto Ægidii Davidis I. C. Parisiensis, atque ante annos novem ad Davidem Sartorium misimus Latinitate donatam ; cum nondum nobis innotuisset in lucem editam jam eam fuisse Græcæ tantum Lugduni Bavorum. Itaque Latine tantum ab eo cum aliis quatuor Nysseni opusculis Græcolatinis est publici ju-

rīs facta, Ingolstadii an. 1596. Addidimus et duo fragmenta ex alio Nysseni opere adversus eundem Apollinarem, quorum unius sententia propemodum est eadem, quæ illius apud Euthymium tit. 13, pag. 526, edit. Lugdunens. *Quamobrem sic lux a sole splendens cognationem habet cum sole, et hominis figura substantiam declarat humanam*: sic enim habet: *Ut enim radius cognationem habet cum sole et cum lucerna lumen*, etc. Scripsit et Anathematismos contra Apollinarem Gregorius Nazianzenus, et Basilius Nysseni frater epistola sua 74 Damasum Papam rogavit, ut eum damnaret, quod et in Romana Synodo legit circa an. 375.

Col. 1270 B. *Non secularis*. In edit. Lugdunensi Raphael. legitur οὐ μόνος ἐστίν, in codice quo usi sumus οὐ μόνον. Porro floruisse quondam Alexandriae studia disciplinarum testatur etiam in Vita Gregorii Thaumaturgi noster auctor, cum ait in magnam Alexandri urbem ex omnibus regionibus philosophiæ ac medicinæ studiosam juventutem confluisse, atque Ammianus Marcellinus, dum scribit medicis ad commendandam artis auctoritatem suffecisse, si dicerent se Alexandriae eruditos, tanta erat loci dignitas et æstimatio, ut et κατὰ ἐξοχὴν nuncuparetur πόλις, id est civitas, sicut ἄστυ dicebantur Athenæ peculiariter ratione, ideoque Apuleius eruditos appellat Ἄgyptίους; Euseb. quoq. l. v. Hist., c. 10, Pantænum tradi Stoicorum disciplina institutum et omni humaniori litteratura præstantem institutioni Christianorum præfectum fuisse, quo in loco consuetudine ab antiquis temporibus ducta sacrarum Litterarum schola habebatur. Pantæni discipulus fuit Clemens Alex., ut idem addit c. 11 et Clementis Origenes, qui et ipsi successit in eo munere, ut Hieronymus auctor est epist. 65.

Ibid. B. *Plus repetent*. In cod. ms. scriptum erat ἀπαιτηθήσεται, rectius quam in Lugd. ἀπαιτήσεται, plus repetetur ab eo; at 12, 48, περισσότερον αἰτήσυσιν αὐτόν. Paulo post, *res ea foret*, in cod. ms. deerat adverbium ἐμφανῶς, quod exhibit editio Lugd. *res ea procul dubio foret*. Usus est autem verbis Psalmi ciii, vers. 55: *Deficiant peccatores a terra et iniqui, ita ut non sint*.

Col. 1271 B. *Tua in Christo*. Vitiose legebatur in cod. ms. et in Lugd. τὴν σὴν εὐχῶν τελειότητα corrigendum τὴν σὴν ἐν Χριστῷ τελειότητα, ut constat ex cod. Bavarico et ex interprete Synodi 5, collat. 5: sic in hac ipsa epistola pag. 266 b: Ζητούμεν δὲ παρὰ τῆς σῆς ἐν Χριστῷ τελειότη-

τος· *A tua in Christo perfectione exigimus*. Jam enim tum invaluerat hic mos abstractis ejusmodi, ut vocant, utendi cum honorifica compellatione quadam, ut in epist. de Pythonissa, *Ad tuam reverentiam transmittemus*, Ἀποστελοῦμεν σὴ τῇ τιμιότητι, et apud Nazianzenum epist. 136: Ἐπόθουν προσιπεῖν σου τὴν τιμιότητα· *Præstantiam tuam salutandi desiderio tenebar*, et 147: Γινώσκω τὴν σὴν τιμιότητα· *Excellentiam tuam cognitam habeo*, et 179: Αἰσχύνομαι κατηγορεῖν ἐπὶ τῆς σῆς ὀρθότητος· *Pudet apud tuam integritatem accusare*, et 87: Τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς σῆς εὐλαβείας τοιαῦτα· *Atque ista quidem de tua pietate*.

Ibid. *Eorum occasiones*. Ne cui forte videatur inepta hujus vocis repetitio, notandum est hac uti locutione solere Scripturam προφάσεις ζητεῖν: Proverb. xviii, 1: Προφάσεις ζητεῖ ἀνηρ βουλόμενος χωρίζεσθαι ἀπὸ φίλων· *Occasiones querit, qui vult ab amicis separari*. Daniel. xvi, 4: Οἱ σατράπαι ἐζήτουν πρόφασιν εὐρεῖν κατὰ Δαυὴλ· *Satrapæ quærebant invenire occasionem contra Daniele*. IV Reg. v, 7: Ἴδετε, ὅτι προφασίζεσθε· *Videte, quia occasionem querit*. Deuteron. xxi, 14: Καὶ ἐπιθῆ αὐτῇ προφασιστικὸς λόγος· *Et imposuerit illi occasionis verba*. Itaque usus voce ex veteri Testamento deprompta rursus contrariam opponit ex novo ἐκκῶσαι ἀφορμάς, ex Apostolo II Cor. ii, 12: Ἴνα ἐκκῶσω τὴν ἀφορμὴν τῶν θελώντων ἀφορμὴν· *Ut amputem occasionem eorum, qui volunt occasionem*.

Col. 1274 B. *Caliginem ingredi*. Sicut scriptum est Exodi xx, 21: *Moses autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus*. Ita et in lib. de Vita Mosis auctor noster: Τί δὲ δὴ βούλεται τὸ ἐντὸς τοῦ γνόφου γενέσθαι τὸν Μωϋσέα; *Quid autem significat, quod in caliginem se ipsum prius Moses intromisit?*

Ibid. C. *Sponsum deseruisset*. Corrigenda est edit. Lugd. in qua legitur pag. 172, ἀποστάσης αὐτῆς τοῦ ἀγαθοῦ, ex cod. ms. διὰ τὸ ἀποστᾶσαι αὐτὴν τοῦ ἀγαθοῦ νομφίου καὶ τῷ διὰ κακίας, ita in epist. de Pythonissa, ὥστε ἀποστάντας τοὺς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ προσέχειν τῇ θεραπείᾳ τῶν δαιμόνων.

Col. 1275 B. *Nos enim naturam*. Exscripsit hunc locum Euthymius tit. 13 Panopliæ suæ, cujus interpres ista sic effert pag. 524: *Nos autem naturam quidem humanam Verbo conjunctam servatam esse ex mysterio didicimus, et credimus. Dei autem Verbum ex carne constare, et privatim in seipso vivere neque didicimus, neque, unde id colligi possit, intellegimus*.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

ORATIO CATECHETICA MAGNA, in XL capita divisa.	49	Lib. V.	678
DE PYTHONISSA, epistola ad Theodosium episcopum.	110	Lib. VI.	769
QUOD NON SINT TRES DII.	113	Lib. VII.	718
DE FIDE.	133	Lib. VIII.	766
CONTRA FATUM.	143	Lib. IX.	799
TRACTATUS ADVERSUS GRÆCOS.	173	Lib. X.	826
DE ANIMA.	187	Lib. XI.	854
EPISTOLA CANONICA.	223	Lib. XII (pars 1.)	863
EPISTOLA S. Gregorii ad Petrum Sebastenum	237	Lib. XII (pars altera).	910
EPISTOLA S. Petri Sebasteni ad S. Gregorium fratrem suum.	241	ADVERSUS APOLLINAREM.	1123
CONTRA EUNOMIUM libri duodecim.	243	ADVERSUS EUMDEM.	1270
Lib. I.	247	ADVERSUS ARIUM ET SABELLIUM.	1281
Lib. II.	463	CONTRA MACEDONIANOS.	1301
Lib. III.	571	VARIORUM NOTÆ.	1333
Lib. IV.	613	In Orationem catechetica.	1333
		In Ep. de Pythonissa.	1346
		In libros contra Eunomium.	1350
		In Epist. ad Theophilum adv. Apollinarem.	1353

FINIS TOMI QUADRAGESIMI QUINTI.

Ex typis MIGNE, au Petit-Montrouge.